JECHT

DE USU PARTICULAE
'HΔH IN PLATONIS
DIALOGIS QUI FERUNTUR

DE USU PARTICULAE ΗΔΗ IN PLATONIS DIALOGIS QUI FERUNTUR.

DISSERTATIO

INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE

IN

ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

RICARDUS JECHT

NEUGLUECKENSIS.

HALIS SAXONUM.

ISLEBIAE, TYPIS SCHNEIDERI

MDCCCLXXXI.

Quicunque adhuc in Platonis, qui feruntur, dialogis operam collocaverunt, id maxime spectarunt fere omnes, ut, quid in illis ad philosophiam pertineret, quam accuratissime et subtilissime pernoscerent; quali autem scribendi genere scriptor uteretur, pro fructu, quocum hae quaestiones coniunctae sunt, a paucis tantum usque ad hoc tempus inquisitum est. Quamquam enim in adnotationibus, quas viri docti in singulos locos composuerunt, nonnulla accurate et scite de sermone Platonis prolata sunt, attamen-id quod in tractandis aliis scriptoribus fieri coepit- observationes grammaticae, quae omnes respicerent generis alicuius dicendi rationes, in dialogos Platonicos fere nullae factae sunt. Schanzius demum, qui ex omnibus huius aetatis hominibus doctis optime de libris Platonicis recensendis meruit[1]), huius rei initium fecit. Qui quamvis pauca adhuc in medium protulerit, tamen ex his iam maximam utilitatem captam esse nemo nescit. Atque quum in codicibus summae fidei et vetustissimae aetatis Platonis opera scripta ad nos pervenerunt, iure opinor sperari posse fore, ut postero tempore, quum plures eius modi quaestiones institutae sint, non modo ad libros Platonicos, sed etiam ad cetera illius temporis scripta restituenda et interpretanda fructus uberrimus afferatur. Praeterea persuasum habeo has observationes grammaticas haud parvi momenti futuras esse ad diiudicandum, quinam dialogi subditicii putandi sint. Dialogi enim, quos genuinos esse certo scimus, tam multi sunt, ut ex iis, qualis Platonis fuerit usus loquendi, satis cognoscere possimus.

---

[1]) libri, quos is scripsit, huc pertinentes sunt: Specimen criticum ad Platonem et Censorinum pertinens. Gotting. 1867. — Commentationes Platonicae libro qui inscribitur Festgruss Würzburg 1868 insertae. — Novae Commentationes Platonicae Wirceb. 1871. Studien zur Geschichte des Platonischen Textes Würzb. 1874. — Praeterea idem in edd. Legum et Epinomidis, Euthydemi et Protagorae, Theäteti tales quaestiones instituit.

Quum autem primum subtilibus et accuratis observationibus reppertum erit dialogos aliquos, quorum argumentum num Platonis natura et ingenio dignum sit dubitatur, etiam orationis formam ab genuinis dialogis valde recedentem exhibere, non dubitabimus eos spurios esse existimare. Sed cavendum est, ne huius rei iudicium temere faciamus. Neque enim primum quisquam neget pro argumento et consilio dialogorum genus dicendi variam exhibere speciem, deinde arbitrandum non est Platonem per totum temporis spatium-scripsit autem dialogos intra quinquaginta circiter annos- eadem prorsus elocutione semper usum esse, praesertim quum eo tempore, quo primum dialogos conscripsit, alia esset sermonis Graeci facies ac tum, quum aetate provectior philosophiae praecepta literis mandavit.[2]) Denique facile fieri potuit, ut, qui Platonis vestigia secuti sunt, elocutionem eius verissime imitando effingerent et exprimerent. Attamen, ut nos quoque quotidie observare possumus, in usurpandis aut collocandis certis vocabulis praesertim particulis suam quisque loquendi rationem sequitur, quam vix quisquam imitari putandus est. Hinc efficitur etiam ad res minutissimas tales quaestiones pertinere necesse esse. Sane saepissime accidet, ut, quum in genus aliquod dicendi accuratius inquirimus, prorsus nihil differentiae inter singulos dialogos intercedere observationes doceant, sed quum ne haec quidem cognitio fructu et utilitate careat, opera et labor, quibuscum hae quaestiones coniunctae esse solent, neutiquam frustra sumpta sunt.

Deinde fortasse eaedem observationes accurate de elocutione instituendae una cum argumento ansam praebere possunt diiudicandi, quinam ordo singulorum dialogorum fuerit.

Nuper quum in Platonis Parmenidem incidissem et accuratius in causas inquirerem, quibus adducti nonnulli[3]) eum

---

[2]) Quum verisimile sit Platonem iam vivo Socrate scribere coepisse, vetustissimos dialogos haud multo post necem Antiphontis, cuius orationes maxime vetustatis colorem prae se ferunt, compositos esse elucet. Illo vero tempore, quo obiit-usque ad mortem autem eum scripsisse constat-iam Demosthenes, qui orationem Atticam prosam ad summum perfectionis fastigium perduxit, nonnullas orationes in publico habuerat.

[3]) cf. ante omnia Ueberweg, Untersuchungen über die Echtheit und Zeitfolge Plat. Schriften. Wien 1861 S. 176—184. So bleibt uns nur übrig, diesen Dialog für unecht und von einem Platoniker zur Entgegnung

propter argumentum a Platone scriptum esse negarent, constitui huius dialogi sermonem examinare eumque cum ceteris dialogis contendere. Sed quum aliquantum temporis hac in re consumpsissem et iam nonnullos seu raros seu singulares usus loquendi in eo repperissem, in dies cognoscebam, quam difficile opus aggressus essem. Quare ob angustias temporis, quibus tenebar, totam hanc quaestionem ad finem perducere in posterum tempus distuli; sed quoniam iam nonnulla accuratius a me tractata sunt, eorum partem iam nunc in lucem edo. Spectat autem dissertatio mea ad usum et vim particulae ἤδη, quam in Parmenide et saepius occurrere et a vulgari consuetudine nonnullis locis recedere, paulo post quam huius dialogi elocutionem perscrutari coeperam, intelligebam. De qua re ut certo modo iudicare possem, omnes locos, qui in dialogis Platonis,[4]) qui feruntur, ἤδη exhibentes mihi occurrerunt, exscripsi eosque quam accuratissime inter se comparavi. Unde fit, ut primum exempla ex omnibus dialogis sumpta, prout est eorum usus et notio, infra enumeraturus sim; deinde paucis verbis demonstrabo, quid singulare et rarum in unoquoque dialogo vox ἤδη exhibeat.

Usque ad hoc tempus de particula ἤδη disputaverunt: Hartung, Lehre von den Partikeln der griechischen Sprache Erlang. 1832. vol. I p. 223—244. Klotz, Devarii liber de Graecae linguae particulis Lps. 1842. p. 597—608. Heller, Philolog. 8, 1853 p. 254—277. Bäumlein Untersuchungen über Griech. Partikeln, Stuttgart 1861 p. 138—143. Kühner, Ausführliche Grammatik der Griech. Sprache². II. 2. p. 674 squ.

Ac primum agam

I.

(§ 1). de loco, quem obtinet particula ἤδη.

Ut iam supra dixi, saepe in collocandis vocabulis praesertim particulis suam quisque rationem scriptor sequitur. Quare haud inutile mihi visum est, quibus enuntiati locis vocula ἤ. in dialogis,

---

auf Einwürfe wider die Ideenlehre, und darunter wesentlich auch auf Aristotelische, verfasst zu halten. S, 183. Cui adsensus est Lehrs, Platos Phädrus u. Gastmahl übersetzt. Lps. 1869. praef. S. XIX. adn.

[4]) omnes libros, qui in editione Hermanni insunt, dumtaxat praeter eos, quos vir ille doctus in appendice Platonica collocavit, perlegi. Consulto nullum locum omisi.

qui feruntur, Platonis posita sit, observare. Ac primum in universum, ut apud ceteros scriptores, sic apud Platonem haec vox unumquemque enuntiationis locum obtinere potest; sed per se patet illam plerumque iuxta eam notionem, ad quam spectat, collocatam esse. Unde fit, ut, si sententiae in incerto relinquunt, ad quam orationis partem ea referenda sit, saepius id diiudicari queat ordine verborum respecto. cf. Prot. 333 e[5]) Theät. 195 b. Legg. 922 c. Phädr. 254 e.

Jam afferam nonnulla exempla, in quibus ἤ. collocationem dignam, quae notetur, exhibere mihi videtur.

1. ἤ. cum numeralibus aut similibus notionibus coniunctum: eas sequitur: Theät. 172 d: *τρίτον ἤ. λόγον*. Menex. 239 d. Apol. 31 b: *τοσαῦτα ἤ. ἔτη*. substantivum aliter collocatum est Ep. 354 b: *γενεὰς τοσαύτας ἤ.* — Craty. 391 a: *τοσοῦτον μὲν ἤ φαίνεται*. Symp. 173 d: *ἔνια ἤ.* Theät. 169 b: *μύριοι γὰρ ἤ.* Legg. 715 a: *μυριάκις ἤ.* Prot. 309 d: *τρίτην γε ἤ. ἡμέραν.* — ἤ. ante numeralia: Resp. 615 c: *ἤ χιλιοστὸν ἔτος.* Ep. 334 c: *ἤ. τρίτον τρίτοις.* Legg. 670 a: *τοὺς ἤ. τριακοντούτας.*

2. ἤ. prope notiones, quae aetatem indicant, extat: cf. § 31 iis praemittitur: Charm. 154 b: *ἤ. μειράκιον.* Gorg. 485 a: *ἤ. πρεσβύτερος.* idem Euthyd. 272 b. Resp. 452 b: *ἤ. τὰς πρεσβυτέρας.* 572. d. Parm. 152 c. — eas excipit: Apol. 34 b: *πρεσβύτεροι ἤ. ἄνδρες.* Resp. 409 c. Hipparch 225 d. Apol. 34 d: *μειράκιον ἤ.* Ep. 314 b: *γέροντες ἤ.*

3. ἤ. interpositum est inter articulum et notionem, ad quam pertinet: Lys. 218 a: *τοὺς ἤ. σοφούς.* Theät. 149 b: *αἱ ἤ. ἀδύνατοι τίκτειν.* Legg. 717 e: *τῶν ἤ. τέλος ἐχόντων.* Eryx. 396 c: *τὴν ἡλικίαν τοῦ ἤ. φρονεῖν.* Similiter Theät. 178 c.

4. vox ἤ. intericitur adiectivo et participio, quod ad illud spectat: Resp. 408 c: *θανάσιμον ἤ. ὄντα.* Theät. 162 b. Legg. 694 d: *μακαρίους ἤ. γεγονότας.* 854 e.

5. postremo memorabiles mihi videntur ei loci, ubi ἤ. media oratione initio enuntiationis membri, quod conformatur genetivo absoluto, quem dicunt, ponitur et id quidem ita, ut ad hoc so-

---

[5]) In indicandis locis notationem Stephani paginarum, qualem edit. Herm. praebet, accuratissime secutus sum; pro literis grandibus propter spatii angustias minutas substitui.

lum referendum sit: Lys. 223b: ὅμως δ' ἔγωγε ἦ. ἀπιόντων (ἔφη). Symp. 223c: ἐξεγρέσθαι δὲ ἦ. ἀλεκτρυόνων ᾀδόντων. Resp. 621a. Parm. 141b. Diversa ab hac collocatio extat: Symp. 221a: ἀνεχώρει οὖν ἐσκεδασμένων ἦ. τῶν ἀνθρώπων. Resp. 614b.

Capita, quae sequuntur, ea exempla primum exhibebunt, ubi ἦ. in initio et fine enuntiatorum positum est, deinde, ubi illud saepius cum vocabulo aliquo iunctum occurrit. Exemplorum nullum, quum bis ea exscripserim, me omisisse spero. Si nonnulla praetermisi, id puto propter ingentem locorum numerum et incommoditatem apparatus critici-in dialogis plurimis perlegendis Bekkeri commentaria critica adhibenda erant — excusari posse.

(§ 2). 1. ἦ. initium enuntiati faciens.

a) ab ἦ. solo (sine particulis) enuntiatum orditur: Theät. 149a. Euthyd. 305c. vocativus praemittitur: Gorg. 462c: τί δὲ, ὦ Πῶλε; ἦ. πέπυσαι; Similiter Euthyd. 301e: ὦ Πόσειδον, ἦν δ' ἐγὼ, ἦ. κολοφῶνα ἐπιτίθης. Alcib. pr. 118c: τί οὖν; ἦ. τινὰ εἶδες.

b) ἦ. γάρ primum locum obtinet: Protag. 312a. Phädon. 61e. Lys. 223a. Soph. 246b. Theät. 153e. 202a. Parm. 149b. 163e. 164a. in parenthesi: Gorg. 465b.

c) ἦ. δέ occurrit in initio: Protag. 321c. 335d. 350b. Euthyd. 301b. Phädo 61e. Symp. 223d. Critias 113d. Legg. 708b.

d) ἦ. οὖν incipit orationem: Lach. 180a. Phädon. 65d. (cf. § 19). 118a. Resp. 458b. Theät. 195b. Legg. 629c Jon 532e. Minos 319a.

e) ἦ. τοίνυν primo loco extat: Menon 76a. Cratyl. 434b. Phil. 65a. Polit. 290d. Legg. 822d. 902b.

f) Semel inveni enuntiatum ordiens ἦ. μέντοι Parm. 130d.

Praeterea hic commemorabo ea exempla, ubi ἦ. initio apodosis locum habet. protasis per εἰ formatur: Apol. 29c.[6]) Cratyl. 424a. Theät. 154d. ἐάν praemittitur: Euthyd. 294c. Similiter Crito. 51e. — enuntiatio explicativa antecedit: Meno 93e et de virtute 377c. Resp. 493d.

---

[6]) de Gorg. 486d cf. § 35.

(§ 3). 2. ἤ. enuntiatum finiens.

a) totam orationem ἤ. ad finem perducit his locis: Phädr. 247 b. Symp. 212 d. Resp. 434 d. 468 c. Polit. 274 b. 283 a. Epin. 985 a. Sisyph. 390 e. Cratyl. 440 e (ἤ. totum dialogum finit). cf. § 24.

b) ἤ. terminat media oratione enuntiationem peculiarem, quam enutiatum primarium sequitur: Apol. 34 d. Menon 84 a. Euthyd. 277 c. Resp. 330 e. 524 d. Phil. 23 a.

c) ἤ. ante sententiam secundariam positum est. exscripsi: ἤ., ὅτι: Euthyd. 294 b. cf. Legg. 670 a. Euthyd. 296 c. ἤ, τίς: Lysis 214 d. Symp. 217 c. Sisyph. 389 b. — Resp. 545 a. Theät. 155 d. — particula conditionalis sequitur: Resp. 443 c. 445 a.

(§ 4). 3. ἤ. vocabulis πολύς, πολλάκις, πολλαχοῦ appositum.

a) ἤ. cum voce πολὺς iunctum mihi occurrit vicies quater. longe plurima (17) exempla exhibent particulam ἤ. statim adiectivum πολύς sequentem: Protag. 335 a. Apol. 18 b: πολλὰ ἤ. ἔτη. idem Euthyd. 271 c. — Gorg. 458 d: πολλοῖς ἤ. λόγοις. Cratyl. 436 d: τὰ λοιπὰ πάμπολλα ἤ. Symp. 209 e: ἱερὰ πολλὰ ἤ. 210 d: πρὸς πολὺ ἤ. τὸ καλόν. Theät. 150 e. Theag. 127 e: πολλὰς ἤ. ἀρχάς. γάρ interpositum est: Phädon 61 c. Theät. 151 c. Legg. 776 d: πολλοὶ γὰρ ἀδελφῶν ἤ. δοῦλοι. Alcib. pr. 122 e: πολλὰς γὰρ ἤ. γενεάς. 132 a: πολλοὶ γὰρ ἤ. καὶ ἀγαθοί. — δέ intericitur: Resp. 469 d: πολλὰ δὲ ἤ. στρατόπεδα 574 d: πολὺ δὲ ἤ. ξυνειλεγμένον. σμῆνος. Parm. 126 b: πολὺς δὲ ἤ. χρόνος. — ἤ. πολὺς inveni quinquies: Laches 189 c: ἤδη τὰ πολλά. Theät. 150 c [7]): καὶ ὅπερ ἤ. πολλοί. Legg. 682 c: πόλεις τότε κατῴκουν ἤ. πολλαί. Ep. ed. Herm. VI p. 68: χρόνον ἤ. πολύν. idem ibidem p. 69.

Bis modo πολύς ab ἤ. seiunctum est: Prot. 317 c: καίτοι πολλά γε ἔτη ἤ. Apol. 18 c: πολλοὶ καὶ πολὺν χρόνον

7) ne quis putet ἤ. saepius statim post relativa inveniri, commemoro hoc solum praeter hunc locum extare Charm. 161 b. ὅτι (explicat.) ἤ. repperi: Apol. 41 d. Phädr. 241 e. Parm. 139 a — ὡς ἤ.: Protag. 313 b. Gorg. 463 d. Resp. 450 a. Ep. 349 e. Resp. 330 e (ὥσπερ).

ἤ. κατηγορηκότες.[8]) Hoc loco in codice *E ἤ.* voci *χρόνον* antepositum est, quam collocationem, quae certe non nisi coniectura facta est, Hirschig recepit. sed sine dubio *χρόνον ἤ.*, quod Clarkianus habet, tenendum est. Schanz confert Isoc. 5, 73: *πολὺν χρόνον ἤ.* et Euthyd. 299 a (?). cf. Stallb.

b) *πολλάκις* cum *ἤ.* iunctum septies occurrit; ac primum *ἤ.* proximum a *πολλάκις* locum habet: Gorg. 515 c. Legg. 693 b. interpositae sunt particulae: *γάρ*: Gorg. 456 b. *δέ*: 508 d. cf. Phil. 16 b: *πολλάκις δέ με ἤ.* — *ἤ. πολλάκις* extat: Resp. 507 b. Axioch. 364 d. [9]).

c) *ἤ. πολλαχοῦ* repperi: Resp. 414 c.

(§ 5). 4. *ἤ.* ad vocem *λοιπός* applicatum.

ἤ. ὁ λοιπός suppeditant exempla haec: Apol. 41 c: *καὶ ἤ. τὸν λοιπὸν χρόνον.* Simillime Phädon 90 d: *καὶ ἤ. τὸν λοιπὸν βίον.* — Resp. 458 a. Phädon 61 d: *γάρ* interpositum est Parm. 149 b. — *ὁ λοιπὸς ἤ.* extat: Cratyl. 427 c: *ἐκ δὲ τούτων τὰ λοιπὰ ἤ. αὐτοῖς τούτοις συντιθέναι ἀπομιμούμενος.* Codices melioris notae quamquam *εἴδη* exhibent, tamen, si sententiarum nexum respicis, dubium esse nequit, quin *ἤ.*, correctio codicis Parisini 1813, recipienda sit, praesertim quum *ΗΔΗ* facillime a librariis cum *ΕΙΔΗ* mutari potuerit. cf. Timäus 39 e. Theät. 202 b. Gorg. 514 d. — Phädr. 256 c.: *τὸ λοιπὸν ἤ.* Resp. 444 e. 510 d. — Restat Theät. 154 d. *ἤ. ἂν τὸ λοιπόν*, de qua vulgari collocatione v. § 11.

(§ 6). 5. *ἤ.* cum *ἄλλος* iunctum.

ἄλλος ἤ. extat novies: Euthyphr. 5 c. Cratyl. 413 b. 436 d. Lysis 223 a. *ἄλλον ἤ. τινά.* Timaeus 39 e. Theät. 159 b. Soph. 261 c. Epist. 330 d. Resp. 507 b: *ἀναμνήσας.. ἄλλοτε ἤδη πολλάκις εἰρημένα* — *ἤ. ἄλλος* solum occurrit: Lach. 187 a: *δότε παράδειγμα, τίνων ἤδη ἄλλων.* — *ἤ.* et *ἄλλος* tredecim locis separata sunt, quos enumerare inutile mihi videtur.

---

[8]) huc non pertinet Soph. 231 c.

[9]) cf. Criton 48 c: *παῦσαι ἤ., ὦ μακάριε, πολλάκις μοι λέγων,* ubi vocula *ἤ.* cum *παῦσαι* coniungenda est cf. § 24.

(§ 7). 6. pronomen *τις* ad *ἤ.* accedens.

τις statim particulam *ἤ.* sequitur his (17) locis: Lach. 182 a. Charm. 161 b. 167 e. Euthyphr. 8 b. Gorg. 515 a. Menon 93 e. Euthyd. 284 c. Lysis 223 a. Symp. 177 b. Alcib. pr. 118 c. Jon 533 a. Gorg. 514 d: *ἤ. τις ἄλλος.* Euthyd. 300 e: *ἤ. τι πώποτε.* idem Legg. 639 d. Cratyl. 425 a. Haud diversa sunt: Protag. 350 b: *ἤ. δέ τινας.* Jon 532 e: *ἤ. οὖν τινα.* — Septies *τις ἤδη* occurrit: Laches 187 a. (*τίς* est pronomen interrogativum). Lysis 206 e.: *σχεδόν τι ἤ.* Resp. 407 a: *ὅταν τῳ ἤ.* 579 a. Criti. 110 a. Alcib. pr. 115 a. v. § 19. Alcib. sec. 142 b. — Restant duodeviginti loci, qui *ἤ.* ab *τις* seiunctum exhibent, qui omnes praeter tres (Cratyl. 422 b. Phädon 60 d. Sisyph. 388 a) sic comparati sunt, ut *ἤ.* alii verbo, cui alibi quoque adhaerere solet, additum sit.

(§ 8). 7. *ἤ.* voci *πᾶς* se applicans.

Jam Astius (lex. Plat. vol. II. p. 20) nonnulla exempla, quae *ἤ.* cum vocabulo *πᾶς* coniunctum praebent, suppeditavit. His haud pauca addi possunt. quorum

a) *πᾶς ἤ.* exhibent hi (9) loci: Euthyd. 293 a. Cratyl. 397 d: *τοὺς ἄλλους πάντας ἤ.* Resp. 398 c. *πᾶς ἤ. ἄν* Tim. 73 d. Phil. 14 d. Polit. 266 a. Parm. 147 a: *πάντῃ ἤ. ἄν.* Legg. 794 a. 834 e.

b) *ἤ. πᾶς* undecies extat et primum quidem statim post vocem, a qua proximum locum haud raro *ἤ.* obtinet: Phädr. 272 a: *ταῦτα δὲ ἤ. πάντα.* Resp. 461 c: *ταῦτά γ' ἤ. πάντα.* 505 d: *ἐνταῦθα ἤ. πᾶς.* Tim. 36 b: *οὕτως ἤ. πᾶν.* 79 b. *τὸ μετὰ τοῦτο ἤ. παντί.* Polit. 298 e: *κατὰ ταῦτ' ἤ. πάντα.* Legg. 682 e: *ταῦτά γε ἤ. πάνθ'.* 693 a: *σχεδὸν ἂν ἤ. πάντ'.* 824 b. *νῦν οὖν ἤ. πάντα.* — vox antecedens alibi cum *ἤ.* non coniungitur: Polit. 272 e. Legg. 682 c. — cf. Euthyd. 305 d: *ἀναμφισβητήτως ἤ. παρὰ πᾶσιν.*

c) Relinquuntur sedecim loci, ubi *ἤ.* a voce *πᾶς* separatum est; plerumque illud arte cum alia notione cohaeret: Phädr. 263 e: *τοῦτο ἤδη.. πάντα.* Phil. 16 e: *τότε δ' ἤ... τῶν πάντων.* 67 b: *νῦν ἤ. φαμὲν ἅπαντες.* Polit. 263 e: *διῄρητο τοίνυν ἤ. καὶ τότε ξύμπαν τὸ ζῶον.* 270 e: *τὸ δ' ἐντεῦθεν ἤ... τὸ πάμπαν.* Legg. 708 b: *ἤ. δέ ποτε καὶ ξυνάπασα.* 778 c. *ἤ. τότε ἐπὶ πᾶσι.* Menex. 239 b. Timäus 92 b: *περὶ τοῦ παντὸς νῦν*

ἤ. Polit. 261 c: καὶ πᾶν οὕτως ἤ. Epist. 317 e. πάντα τἀντεῦϑεν ἤ. — Restant Soph. 229 d. Resp. 363 d. 444 c. Polit. 283 a. Sisyph. 389 a. [10])

(§ 9.) 8. ἤ. demonstrativis adiunctum.

1. οὗτος (οὕτως) voci ἤ. applicatum. a) pleraque (41) exempla praebent οὗτος ἤ.: Hipp. min. 376 c. Euthyphr. 3 e. Gorg. 486 e. 487 e. Cratyl. 420 d. 440 e. Phädr. 263 e. Resp. 346 e. 521 c. 532 a. Theät. 202 b. Pol. 258 c. 298 e. Parm. 129 c. Legg. 733 a. 846 c. 897 d.. particula interposita est: γε: Symp. 204 b: Resp. 461 c. Legg. 682 c. μέν: Parm 159 b. Cleitoph. 410 c. Hipparch 226 e. τοῦτο μὲν ἤ. οὖν: Protag. 316 c. δέ: Phädr. 272 a. — μετὰ τοῦτο ἤ. extat: Resp. 411 b. 560 e. Timä. 79 b. Legg. 801 e. [11]) 806 d. 887 a. Alcib. pr. 132 c. intericitur οὖν: Apol. 21 e. [12]) — οὕτως ἤ. [13]) repperi: Cratyl. 424 c. Phädon 61 d. 86 e. Symp. 194 d. 199 c. Resp. 605 b. Tim. 36 b. Polit. 261 c. [14]) — b) οὗτος proximum a voce ἤ. locum obtinet duodecies: Menon 85 e: οὐκ ἤ. τοῦτο. Euthyd. 280 d. Cratyl. 397 d: πάντας ἤ. τούτῳ. Resp. 555 c. Phil. 22 b. Theät. 149 a. 150 e: πολλοὶ ἤ. τοῦτο. Soph. 235 a. Legg. 854 e. Menex. 241 c: κοινὸν ἤ. τοῦτο. de virtute 377 c. cf. Cratyl. 436 d: τἆλλα ἤ. πρὸς τοῦτο.

Locos, ubi ἤδη a demonstrativo οὗτος disiunctum est, enumerare supervacaneum est.

2. αὐτός pronomen statim vocula ἤ. sequitur: Resp. 471 e. 532 a. Critias 108 d. Theät. 190 a. Parm. 138 e. Menex. 239 b: αὐτῶν ἤ. ἱκανῶς. Axioch. 365 a. Sisyph. 387 a. interponitur γε: Phil. 18 d. δέ: Legg. 701 b. — ἤ. αὐτός extat Cratyl. 427 c: τὰ λοιπὰ ἤ. αὐτοῖς. Resp. 532 a: οὗτος ἤ. αὐτός. Parm. 137 d: ἂν ἤδη αὐτοῦ. Parm. 146 c.

De positione voculae ἤ., quum demonstrativis τότε, ἐνταῦϑα, ἐντεῦϑεν adiecta est, infra, ubi de significatione harum locutionum agemus, disputare praestat.

---

[10]) Huc non spectant, quia ἤ. et πᾶς ad diversa orationis membra pertinent, Charm. 154 e. Theät. 181 d. Legg. 968 a.

[11]) de Legg. 723 e. cf. § 24.

[12]) Resp. 516 b extat μετὰ τοῦτο ἂν ἤ. v. § 11.

[13]) de ς finali vocis οὕτως cf. Schanz. Nov. Com. p. 4 squ.

[14]) de Parm. 145 c: οὕτως ἂν ἤ. cf. § 11.

(§ 10). 9. adverbia *σχεδόν, ἐγγύς, ἱκανῶς, πόῤῥω, τοίνυν* voculae *ἤ*. apposita.

1. *σχεδόν* voci *ἤ*. se applicat undecies, quacum locutione apte comparari potest latinum „iam prope, prope iam“ cf. Hand Tursellinus vol. III p. 135. — *σχεδόν ἤ*. occurrit: Phädr. 242a. Soph. 235a. Intercedunt voculae: *μέν*: Phädr. 238b. *τι*: Lys. 206e. *ἄν* (cf. § 11): Legg. 693a. — *ἤ*. *σχεδόν* hi loci exhibent: Legg. 806d. 842b. *ἤ*. *οὖν σχεδόν* legitur Phädon 118a.[15]) — hae duae voces separatae sunt: Phädon 73b. Timäus 21b. Polit. 266a.

2. *ἐγγὺς ἤ*. repperi: Charm. 154a. Timäus 21b: *ἦν.. σχεδόν ἐγγὺς ἤ*. *τῶν ἐνενήκοντα ἐτῶν*. ordo inversus est: Phädon 116b: *καὶ ἦν ἤ*. *ἐγγὺς ἡλίου δυσμῶν*. cf. Resp. 330e: *καὶ ὥσπερ ἤ*. *ἐγγυτέρω ὤν*. 417b. *θέοντες ἤ*. *τότε ἐγγύτατα ὀλέθρου*.

3. *ἱκανῶς ἤ*. extat: Charm. 158c. Euthyphr. 12e: *ὡς ἱκανῶς ἤ*. *παρὰ σοῦ μεμαθηκότας*. Simillime Menex. 234a: *ὡς ἱκανῶς ἤ*. *ἔχων*. — Resp. 504c. Legg. 899d. his addo: Euthyph. 14c: *ἱκανῶς ἂν ἤ*. *παρὰ σοῦ.. ἐμεμαθήκη* cf. § 11. duobus locis *ἤδη* adverbio *ἱκανῶς* antepositum est: Phädon 105c. Menex. 239b. — Intercedit vocabulum: Gorg. 487e: *τοῦτ᾽ ἤ*. *ἔσται ἱκανῶς*. Euthyd. 280d: *ἤ*. *τοῦτο ἱκανόν*. *ἤ* ad aliam atque *ἱκανῶς* orationis partem spectat: Theät. 195b.

4. *πόῤῥω* et *ἤ*. plerumque sic collocata sunt, ut *ἤ*. proximum a voce *πόῤῥω* locum habeat: Apol. 38c. Cratyl. 410e Lysis. 204b. semel *που* interiectum est: Euthyphr. 4b.

5. *τοίνυν* et *ἤ*. semper ipsa se excipiunt praeter duos locos: vocativus interpositus est: Phil. 34c. *λέγωμεν τοίνυν, ὦ Σώκρατες, ἤ*. *τὸ μετὰ ταῦτα*. *ἦν δ᾽ ἐγώ* intercedit: Resp. 427d.[16]) Itaque quum *τοίνυν* apud scriptores antiquiores numquam ora-

---

[15]) Legg. 891c legitur: *λέγοιμ᾽ ἄν, ὡς ἔοικεν, ἤ*. *σχεδὸν οὐκ εἰωθότα λόγον*. dubitari potest, utrum *ἤ*. ad *λέγοιμ᾽ ἂν* an ad *σχεδόν οὐκ εἰωθ*. referendum sit. Quamquam collocatio utramque rationem permittit, tamen *ἤ*. cum *λέγοιμ᾽ ἂν* coniungere malim, quum paulo ante (891d) Atheniensis eandem disputationem *ἀηθέστεροι λόγοι* non *ἤ*. *ἀηθέστ. λ.* appellat. praeterea cf. quod § 12 de *ἤ*. in enuntiatis negativis posito adnotavi.

[16]) Huc referendum non est Theät. 181d.

tionem ordiatur,[17] efficitur, ut, ubi hae voculae orationis initium faciunt, *τοίνυν* post *ἤ.* inveniatur. Exempla, quae huc spectant, supra § 2 allata sunt. Atque quum particula *τοίνυν* illa quidem non primum, sed unum de primis locis enuntiationis oblineat, fit, ut, quum *ἤδη* et *τοίνυν* media oratione occurrunt, *ἤδη* vocem *τοί νυν* sequatur. cf. Euthyd. 296 c. 524 d. Polit. 263e.

(§ 11). 10. particula *ἄν* ad *ἤ.* adnexa.

Non casu quodam mihi videtur factum esse, ut inter quadraginta tres locos, qui *ἤ.* et *ἄν* in una eademque enuntiatione posita exhibent, triginta tres has particulas se excipientes praebeant, prae sertim quum plurimis locis, ubi *ἤ.* ab *ἄν* separatum est, huius collocationis certa causa extet. — a) *ἂν ἤ.* mihi occurrit vicies et id quidem plerumque ita, ut haec formula sequatur vocem, cui alibi saepius *ἄν* adiungitur. Charm. 154b: *μάλα ἂν ἤ.* 158 c: *σοι ἂν ἤ.* Euthyphr. 14c: *ἱκανῶς ἂν ἤ.* hoc loco *ἄν* voculam *ἤ.* a vocabulo seiungit, iuxta quod ea aliis locis haud raro ponitur. Idem valet in haec exempla: Resp. 516 b: *μετὰ ταῦτ' ἂν ἤ.* Parm 145 c: *καὶ οὕτως ἂν ἤ.* Legg. 693 a: *σχεδόν ἂν ἤ.* — Euthyd. 284 c: *ποιοῖ γὰρ ἂν ἤ.* Phädr. 260 c: *παγγέλοιόν γ' ἂν ἤ.* 264a: *πεπαυμένος ἂν ἤ.* Resp. 524e: *δέοι ἂν ἤ.* 532e: *γὰρ ἂν ἤ.* 538 c: *ζῆν ἂν ἤ.* 569 b: *ὁμολογουμένη ἂν ἤ.* Tim. 19 b: *ἀκούοιτ' ἂν ἤ.* Parm. 137 d: *μέρη γὰρ ἂν ἤ.* 141 e: *εἴη γὰρ ἂν ἤ.* 161c: Legg. 740c: *ὅσους ἂν ἤ.* Theag. 127c: *πρὸς σὲ δ' ἂν ἤ.* Sisyph. 390 e: *ἀλλ' εἴη ἂν ἤ.* — b) *ἄν* statim vocem *ἤ.* sequitur his locis: Apol. 29 c. Theät. 154 d:[18]) *ἤ. ἂν τὸ λοιπόν.* — *ἤ.* simul antecedenti verbo adhaeret: Res p. 427 d: *τοίνυν ἤ. ἂν* 605 b: *οὕτως ἤ. ἄν.* 398 c: *πᾶς ἤδη ἄν.* Parm. 147 a: *οὐ πάντη ἤ. ἂν ἐκφεύγοι.* Sic codd. exhibent. Stephanus, Bekker, Stallbaum verbis transmutatis putaverunt scribendum esse *οὐ πάντη ἂν ἤ.* Quos collocationem perperam mutasse manifesto ostendit locus modo allatus. ceterum cf. § 8. — Theät. 165 e:[18]) *ἤ. ἂν τότε ἐλύτρου.* Parm. 139 a. — c) Haud multum differunt ea exempla, ubi initio orationis legitur *ἤ. γὰρ ἄν* (cf. vulgatas locutiones *πῶς ἄν* et *πῶς γὰρ ἄν*, *ἦ γὰρ ἄν.*

---

[17]) cf. Lobeck ad Phryn. p. 342. Kühner l. l. II. 2. p. 857, 4

[18]) Memorabile est, quod *λοιπόν* et *τότε*, quae voces prope *ἤ.* alibi saepius collocari solent, particula *ἄν* ab *ἤ.* separatae sunt.

v. Kühner l. l. II. 1 p. 211): Gorg. 465 b. Theät. 153 e. 202 a. Parm. 163 e. 164 a. — d) Restant decem loci, qui ἤ. et ἄν disiuncta praebent. ac primum duobus haec collocatio eo oritur, quod ἤ. cum *τοίνυν* coniunctum initium orationis facit: Menon 76 a: *ἤ. τοίνυν ἂν μάθοις.* Phil. 65 a: *ἤ. τοίνυν.. γένοιτ' ἄν.* — bis ἤ. artius coniungitur cum *αὐτός*: Resp. 605 a: *δικαίως ἂν αὐτοῦ ἤ.* Parm. 138 e: *γὰρ ἄν τι αὐτοῦ ἤ.* — ἄν verbo, ἤ. locutioni *τὸ μετὰ τοῦτο* (cf. § 42) adnexum est: Soph. 218 a: *ἤ. τὸ μετὰ τοῦτο γίγνοιτ' ἄν.* Simillime Legg. 801 e. Relinquuntur Legg. 968 c. Cratyl. 417 a. Resp. 579 a. Sisyph. 389 a.

(§ 12). 11. ἤ. negationi *οὐ* appositum.

Quattuordecim locorum, qui huc spectant, ἤ. proximum ab *οὐκ* locum obtinens exhibent hi quinque: Menon 85 e: *οὐκ ἤ. τοῦτο δῆλον;* (cf. § 35) Phil. 22 b: *μῶν οὖν οὐκ ἤ... δῆλον;* Paene eadem verba extant Soph. 263 d: *μῶν οὐκ ἤ. δῆλον;* Minos 314 e: *ἆρα οὐκ ἤ. τοῦτο κατάδηλον;* — Resp. 609 b: *οὐκ ἤ. εἰσόμεθα;*[19]) — *οὐ* statim voculam ἤ. sequens nusquam occurrit. — ἤ. ab *οὐ* disiunctum est: a) alii verbo, cui saepius addi solet, adhaeret: Laches 184 a: *τότ' ἤ... οὐκέτι οἷοί τ' ἦσαν.* praeter hunc locum *ἤδη* negationi praemittitur solum Resp. 605 b: *καὶ οὕτως ἤ. ἂν ἐν δίκῃ οὐ παραδεχοίμεθα.* — Gorg. 515 c: *ἢ οὐ πολλάκις ἤ. ὡμολογήκαμεν;* Resp. 398 c: *ἆρ' οὖν οὐ πᾶς ἤ. ἂν εὕροι;* Parm. 147 a: *οὐ πάντῃ ἤ. ἄν;* — b) tali verbo ἤ. non adnexum est: Soph. 249 d: *ἆρ' οὐκ ἐπιεικῶς ἤ. φαινόμεθα;* Parm. 146 c. *οὐκ ἀνάγκη ἤ;* idem in eodem dialogo 151 a. 158 b. de Legg. 891 e. v. adn. 15.

Memorabile est, quod exempla, quae attuli, omnia praeter Lach. 184 a. et Resp. 605 b voculam *οὐ* in sententiis interrogativis collocatam exhibent. Porro hic commemoro in dialogis perlegendis saepissime mihi occurrisse sententias per *οὔ* negantes, quarum notio talis mihi videbatur esse, ad qualem aptissime ἤ. accedere posset; neque tamen ἤ. scriptum inveni, sed aut simplex *οὐ* aut *οὔπω* et similia. Quare dubitari nequit, quin Plato iuncturam *οὐκ ἤ.* quam maxime declinaverit. Idem num ceteri scriptores fecerint, adhuc, quod sciam, exploratum non est.

---

[19]) *μὴ ἤ.* extat Euthyd. 272 b.

(§ 13). 12. ἤ. iuxta καί positum.

Ut particula δή, sic etiam ἤ. saepissime prope vocem καί scriptum extat et id quidem interdum ita, ut vix inter καὶ δή et καὶ ἤ. quidquam differentiae statui possit.[20]) Exscripsi omnes locos, ubi aut καί et ἤδη in eadem sententia collocata sunt, aut ubi ἤ. in antecedenti legitur, καί autem s equentem incipit Repperi autem aliquantulum supra centum exempla; ex quibus quadraginta exhibent particulas ἤ. et καί statim se excipientes; quae relinquuntur, eorum circiter dimidia pars ita comparata est, ut ἤ. ad aliam notionem, cui saepius apponi solet, se applicet. Hic solum eos locos suppedito, qui ἤδη prope καί positum praebent.

1. Ac primum occurrit ἤ. καί vicies septies: a) plerumque καί vice adverbii[21]) usurpatum est: Protag. 361 e.: νῦν δ' ὥρα ἤ. καὶ ἐπ' ἄλλο τι τρέπεσθαι Charm. 156 b. 158 c. Hippias min. 376 c. Symp. 204 b. Critias 112 d.[22]) Soph. 259 c. Polit. 263 e. Parm. 161 c. Legg. 680 a. 903 a. Axioch. 370 d. 372 b. δέ interpositum est: Protag. 321 c. Phädon 61 e. — Resp. 458 b: ἤ. οὖν καί. Soph. 246 b. Cratyl. 434 b. b) καί particula coniunctiva est novies: Menon 84 a. Resp. 330 e. 524 e. Phil. 23 a. Legg. 834 d. Alcib. pr. 132 a. secund. 141 d. 142 a. Epist. 314 b.

2. καὶ ἤ. extat tredecim locis: a) καί respondet nostro ‚und': Protag. 342 c. Laches 182 a. c. Apol. 41 c. Menon. 79 c. Euthyd. 272 e. Phädon 90 d. Symp. 206 d. 220 c. Resp. 348 b. 577 b. Axioch. 372 b. — b) καί adverbii partes suscepit: Resp. 452 b: οὐ μόνον..., ἀλλὰ καὶ ἤ.[23]) cf. Axioch. 364 d: καὶ γὰρ ἤ. πολλάκις.

De collocatione particulae ἤ., cum voculis νῦν, ποτε, πώποτε accedit, cf. infra §§ 37. 44. 45.

---

[20]) cf. Hartung l. l. p. 243 squ. et p. 253 squ. Kühn. l. l. II. 2 p. 679.

[21]) cf. Kühn. l. l. II. 2 p. 797.

[22]) de hoc loco cf. § 38.

[23]) cf. Lysis 204 b: οὐ μόνον ἐρᾷς, ἀλλὰ καὶ πόρρω ἤ.

II.

(§ 14). De significatione particulae ἤδη.

Inter omnes fere[24]) constat ἤ. omni paene ex parte accuratissime respondere latino „iam“, germanico, „schon“ „bereits“. Sed quum in aliis vocabulis interpretandis, tum in particulis non modo quaerendum est, quaenam aliarum linguarum notio pro iis substitui possit, sed etiam id spectandum, ut vera et sincera natura et vis earum pernoscatur; quare recte fecerunt viri docti, quum significationem voculae ἤ. primigeniam et omnes usus amplectentem indagarent. Ac primum quidem ut hanc invenirent, sibi adiumento esse etymologiam quidam putarunt.[25]) Sed de etymologia[26]) voculae ἤ. adhuc certi quidquam exploratum non est, et, si esset, nihil ad notionem definiendam utilitatis afferretur. Quod ut magis cognoscatur, exempli gratia germanicum „schon“ comparare liceat. Quamquam enim inter omnes constat[27]) illud „schon“ eandem atque adverbium „schön“ originem habere et notionem „schön“ primigeniam esse, hanc cognitionem in ea vi, quae nunc in voce „schon“ inest, definienda ullius momenti esse nemo contendat.[28])

Notitia igitur etymologiae vix quidquam ad veram notionem voculae ἤ. circumscribendam valet.[29]) — Aliam viam ad significationem, quae ad omnes usus quadraret, investigandam ingressus est Heller Qui rectissime existimat eam sic repperiri posse, ut permulti loci accuratissime perspiciantur atque deinde inter se comparentur. Sic „notionem

[24]) Unus Rost in Passovii lexic. II p. 1326 vulgari huic sententiae repugnat. Negat autem ἤ. ad tempus referri putatque in eo notionem esse, augenscheinlich, in der That, wahrlich, bekanntlich etc. huic mirae opinioni, quod sciam, nemo adhuc adsensus est.

[25]) „Die Etymologie hat gelehrt, dass ἤ. soviel als zur Stunde illico (in loco) extemplo, ex tempore u. s. w. sei und bedeute. Hartung l. l. p. 235.

[26]) Hartung derivat ἤ. a voce Indica „a-diva“, Heller l. l. p. 306, Rost, Curtius Etym[4] p. 620 (in editione quinta de hac re nihil profert) putant illud compositum esse ex ἦ et δή, contra quorum opinionem Bäumlein l. l. p. 139 disputat.

[27]) cf. Weigand „Wörterbuch der deutschen Synonym. 1843“ sub voce „schon“. — Schmeller „Bayerisches Wörterbuch[2] II p. 426.

[28]) Ex hoc exemplo cognosci potest, quam lubrica et incerta sit eorum ratio, qui originem vocis alicuius ex notione eius colligere tentant.

[29]) cf. Heller l. l. p. 257 squ.

paullatim se insinuare mentibusque informari". Invenisse autem se hoc modo opinatur huius particulae propriam vim eam esse, ut significet factum esse aliquid aut fieri aut futurum esse, antequam quis putet vel putaverit". Haec notio sane multis locis accommodata est, sed vereor, ne, quum omnes usus ex ea derivare volumus, nimis violentiae opus sit. cf. Protag. 316c: *ταῦτ᾽ οὖν ἤ. σὺ σκόπει.* Theät. 178e: *περὶ μὲν γὰρ τοῦ ἤ. ὄντος ἑκάστῳ ἡδέος . . διαμαχώμεθα.* Euthyphr. 3e: *εἰ δὲ σπουδάσονται, τοῦτ᾽ ἤ . . . ἄδηλον.*[30]) qui exemplorum numerus facile augeri potest.

Alio modo notionem primigeniam describit Bäumlein, quum dicit: „Als Grundbegriff der Partikel *ἤ.* werden wir das Jetzt mit vergleichender Rücksicht auf eine andere Zeit betrachten dürfen." Similis significatio, quum omnes locos in dialogis Platonis, qui feruntur, extantes accuratissime perspexissem, animo meo imprimebatur. Mea opinione *ἤ.* indicat tempus, in quod actio incidit, referri ad aliud tempus aut sequens aut antecedens et id quidem ita, ut cum vi aliqua significetur eam fieri eo temporis puncto, quod remotius est ab hoc aut futuro aut praegresso tempore. Ne hanc quidem notionem omni ex parte perfectam esse libere confiteor, sed quum maxima cum difficultate tota haec quaestio coniuncta sit, vix cuiquam continget, ut explicationem omnibus sufficientem et probatam repperiat.

Haec de generali notione. Nunc circumspiciendum est, quonam modo exemplorum molem et farraginem — supra quingenta inveni — disponam. Ante omnia puto maxime cavendum esse, ne nimis argute singula exempla discernamus. Nam huius generis commentationes id maxime spectare debent, ut, quisquis sive in legendis sive in interpretandis et emendandis scriptoribus versatur, quam facillime et celerrime earum rerum, quibus eget, notitiam consequi possit. Quare partitio, quam Hartung proponit — primum usum proprium, deinde metaphoricum tractat — commendanda non est. Eadem de causa non secutus sum Bäumleinium.[31]) Equidem totam disputationem in quattuor par-

[30]) cf. Bäuml. p. 141 squ.

[31]) Is distinguit 1) „Wo etwas jetzt (vollendete) Thatsache ist, was zuvor nicht war, oder was man nicht erwartete (schon bereits). 2) Mit Hervorhebung und Vergegenwärtigung eines Momentes und der in ihm stattfindenden Handlung und im Gegensatz zu einer anderen Zeit."

tes divisi et primum agam de voce ἤ., ubi neque in apodosi nec post participia nec prope particulas posita, deinde (secundo, tertio, quarto loco) ubi his in locis collocata occurrit. Haec dispositio, quamquam ne ea quidem omni ex parte placet,[32]) tamen ceteris praetuli, propterea quod hac accepta, in quam quodque exemplum partem referendum sit, dubitari nequit.

I.

(§ 15). De ἤ. neque in apodosi neque post participia neque prope particulas collocato.

Jngentem exemplorum numerum, qui in hoc capite tractandus est, iterum nostrum est disponere. Atque si illud, de quo mihi persuasum est, constat ἤ. in universum indicare tempus, quo fit actio, relatum esse ad aliud tempus, elucet maximi momenti esse, quodnam tempus cum voce ἤ. iunctum sit. Quare meo iure arbitror sic exempla me dividere posse, ut primum ea, quae vocem ἤ. cum praeterito, deinde quae cum futuro, denique quae cum praesenti iunctam exhibent, enarrem. Eandem rationem partiendi, quae in ipsius voculae natura sita est, iam Seiler[33]) et ex parte Ebeling[34]) adhibuerunt. Ceterum neminem fugiet hanc dispositionem hoc commodi habere, ut singula exempla certo modo disiungantur.

1.

(§ 16). ἤ. cum praeterito coniunctum.

Quod supra dictum est ἤ. actionis tempus referre aut ad insequens aut ad antecedens tempus, manifesto declarant exempla, ubi ἤ. praeteritis additum est.

1. Ac prior quidem notio plerumque occurrit, ubi ἤ. perfecto adiunctum est. Exempli gratia extat Charm. 156 b: *ὥσπερ ἴσως ἤ. καὶ σὺ ἀκήκοας.* Socrates dicit de quadam ratione medendi, de qua forsitan Charmides iam audierit. ἤ. autem quid indicet, optime apparet ex oppositione. quum ἤ.

[32]) Exempli gratia interdum fieri non potest, quin eundem locum bis afferamus; porro in primam partem longe plurima exempla incidunt.

[33], [34]) in lexicis Homericis.

omittimus, oppositio prorsus non extat, quum vero id addimus, haec evadit: vor dieser Zeit hast du es gehört und nicht erst später. Itaque opponitur vel refertur per ἤ. illud, quod Chamides olim audiit, quodam modo cogitatione ad id, quod is posteriore demum tempore audire potuit; simul cum vi quadam notatur actionem audiendi in praeteritum tempus incidere. Haec oppositio vel relatio, quae inter praeteritum et futurum tempus intercedit, expressis verbis saepius indicata est. cf Resp. 414 c: *μηδὲν καινόν . . πρότερον μὲν ἤ. πολλαχοῦ γεγονὸς . . ἐφ' ἡμῶν δὲ οὐ γεγονὸς.* — Eadem notio occurrit iis locis, qui ἤ. aoristo appositum exhibent. cf. Symp. 177 b: *ἔγωγε ἤ. τινὶ ἐνέτυχον βιβλίῳ.* — Interdum ad haec exempla pertinet, quod Hartung p. 237 dicit: „Das Jetzt wird, je nachdem die Handlung aus der Vergangenheit in die Gegenwart reicht oder . . ‚zum bisher.'. Sane saepius paene nullo notionis discrimine extante reddere possumus ἤ. vocibus „iam" aut „adhuc". Sed parum accurate hoc „adhuc" pro „iam" substitui recte iam Heller demonstravit. Equidem puto talem differentiam inter has voculas statui posse, ut, quum „adhuc" dicimus, totum continuumque temporis spatium, quod inter praeteritum et praesens interiectum est, cogitetur, quum vero „iam" usurpamus, unum huius spatii punctum cum praesenti quodam modo comparetur.

Haud raro fit, ut ἤ. cum perfecto et cum aoristo coniunctum prorsus eodem modo usurpentur[35]) Huius rei exemplum est Menon 93 e: *ὡς Κλεόφαντος . . ἀνὴρ ἀγαθὸς . . ἐγένετο . . , ἤ. του ἀκήκοας;* hunc locum is, qui composuit dialogum, qui inscribitur „*περὶ ἀρετῆς*",[36]) imitatus est aut potius ita exscripsit, ut pro *ἀκήκοας ἤκουσας* poneret.

Quam vim interdum vocula ἤ. ad sententias habeat, nunc exemplo demonstrabo. Initio Protagorae familiaris miratus, quod Socrates dicat a formosiore quam Alicibiade se venire et ex eo audiens de Protagora, quippe qui ingenio pulcherrimo sit, illud dictum esse, p. 309 d ait: *ὦ τί λέγεις; Πρωταγόρας*

---

[35]) hoc ex ipsa horum temporum natura confici apparet.

[36]) cf. Geschichte und System der Platonischen Philosophie von K. Fr Hermann I. Heidelberg 1839. p. 414.

ἐπιδεδήμηκεν; „en quid ais? num quid huc accessit Protagoras?“ familiaris simpliciter interrogat, num Prot. advenerit. cf. 310 b: *Πρωτ. ἥκει.* Si dixisset: *Πρωταγόρας ἤ. ἐπιδεδήμηκεν;* luce clarius est Athenienses tum expectaturos fuisse Protagoram, qui quod tum, non posteriore tempore venisset, cum vi aliqua denotatum esset — Contra loci haud pauci inveniuntur, ubi notio particulae *ἤ.* adeo attenuata et diminuta est, ut, si illa deesset, nihil requireretur. cf. Laches 194 c, ubi Nicias primum dicit: *ὃ γὰρ ἐγὼ σοῦ ἤ. καλῶς λέγοντος ἀκήκοα, τούτῳ οὐ χρῆσθε,* deinde, simulac Socrates interrogavit: *ποίῳ δή, ὦ Νικία;* pergit: *πολλάκις ἀκήκοά σου λέγοντος,* quo loco prorsus eadem sententia voce *ἤ.* omissa repetitur. Alia exempla, si quis huic rei animum intendens dialogos perleget, saepissime repperiet.

2. Altera notio — plerumque autem occurrit, ubi *ἤ.* cum imperfecto iunctum est — vocis *ἤ.* est ea, ut tempus, in quod actio incidit, consideretur respectu temporis autecedentis. In serie nonnullarum actionum ea, quacum *ἤ.* coniunctum est, in temporis punctum longius progressum incurrens notatur. Quum autem tempus progressum esse dicimus, manifestum est nos respicere aliud temporis vestigium, a quo tempus sic provectum esse putamus Atque ad id tempus actionem, ad quam *ἤ.* accedit, relatam esse existimo. Optime haec notio exprimitur locutionibus: eo perventum est, illuc res processerunt, similibus. Exempli causa quum legimus Euthyd. 272 e: *ἔτυχον καθήμενος ἐνταῦθα, οὗπερ σύ με εἶδες, ἐν τῷ ἀποδυτηρίῳ μόνος, καὶ ἤ. ἐν νῷ εἶχον ἀναστῆναι,* consilium assurgendi tempore respectu eius temporis, ex quo Socrates *ἐν ἀποδ.* sedebat, provecto captum est. In universum sententia sic exprimi potest: solus sedebam et illuc perventum est, ut surgere vellem.

Sed haec hactenus. Solum id restat, ut praemoneam interdum duas has notiones vocis *ἤ.*, de quibus modo dixi, ita coire, ut certa ratione singula exempla discerni nequeant. — Nunc exempla ipsa afferam.

(§ 17). 1. *ἤ.* perfecto accedens.

Primum suppedito eos locos, ubi vocabulo *ἤ.* actio perfecta refertur ad tempus insequens (praesens, quod dicunt relativum) et illud ita, ut ea in temporis punctum ab hoc insequenti tem-

pore remotius incidens notetur. Haec autem notio plerumque per se tam dilucida est et adeo respondet latino, „iam“ et germanico „schon, bereits“, ut eam pluribus verbis explanare inutile sit. Exempla sunt haec: Protag. 350 b: *ἤ. δέ τινας ἑώρακας*; — *ἤ. ἀκήκοα* extat: Lach. 194 c. Charm. 156 b. Menon 93 e. Theag. 124 c. — Charm. 167 e: *φόβον δὲ ἤ. τινὰ κατανενόηκας;* Gorg. 462 c: *ἤ. πέπυσαι παρ' ἐμοῦ*; 508 d: *ὁ δὲ δὴ ἐμὸς ὅστις, πολλάκις μὲν ἤ. εἴρηται, οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ ἔτι λέγεσθαι.*[37]) ceteri loci, ubi *ἤ. εἴρηκα* (*εἴρημαι*) occurrit, sunt: Legg. 693 b. 899 d (cf. infra). Resp. 394 c: *ἔφαμεν ἤ. εἰρῆσθαι.* 468 c. 507 b. Tim. 57 e. — Gorg. 515 a: *Καλλικλῆς ἤ. τινὰ βελτίω πεποίηκε*; 515 c. Cratyl. 414 c. Phädon 61 c: *πολλὰ γὰρ ἤ. ἐντετύχηκα τῷ ἀνδρί.* Apte comparari potest Resp. 329 b: *νῦν δ' ἔγωγε ἤ ἐντετύχηκα οὐχ οὕτως ἔχουσι* et Theät. 169 b: *μύριοι γὰρ ἤ ... ξυγκεκόφασιν.* Haud impar est Legg. 715 a: *γέγονε γὰρ δὴ μυριάκις ἤ. τὸ τοιοῦτον.* praeterea *ἤ. γέγονε* legitur: Symp 209 e. Resp. 414 c Axioch. 364 d. — Phädr. 256 d: *τοῖς κατηργμένοις ἤ.* Resp. 450 a: *ὡς ἤ. διεληλυθώς.* cf. 545 a. Tim. 19 a. Legg. 673 d. 679 e. — Legg. 694 d: *μακαρίους ἤ. γεγονότας* felices iam natos. 842 e. 776 d: *πολλοὶ γὰρ .. ἤ. δοῦλοι.. σεσώκασι δεσπότας.*[38]) Menex 239 b. Alcib. pr. 132 a: *πολλοὶ γὰρ ἤ. καὶ ἀγαθοὶ αὐτὸ πεπόνθασιν.* Hipp. mai. 295 a.

In exemplis, quae nunc enarraturus sum, dubitari saepius potest, utrum actio ad tempus insequens referatur an in progressum temporis spatium eam pervenisse indicetur. Protag 333 e: *καί μοι ἐδόκει ὁ Πρωταγόρας ἤ. τετραχύνθαι τε καὶ ἀγωνιᾶν ..* sequitur: *ἐπειδὴ οὖν ἑώρων αὐτὸν οὕτως ἔχοντα. ἤ.*, ut ex collocatione cerni potest, cum *τετραχύνθαι* coniungendum est; indicat autem gradationem quandam. Protag. 313 b: *ὡς ἤ. διεγνωκώς.* Lach. 186 c: *ὥστε ἤ. εὑρηκέναι.* Euthyphr. 12 e:

---

37) hoc loco *ἤ.* et *ἔτι* inter se opponuntur. cf. Resp. 394 c. Critias 108 d. Demod. 383 e. Euthyphr. 15 e. Gorg. 487 e. (*οὐκέτι*) Phädr. 241 d e. Charm. 158 b. 154 b. Resp. 535 a. Axioch. 370 d. Cratyl. 422 b.

38) Ad haec exempla pertinet, quod Krüger „Griech. Sprachlehre“ p. 174 dicit: Ein allgemeiner Gedanke als eine auf vorgekommene Erfahrung gegründete Bemerkung wird ausgedrückt durch das Perfectum, häufiger durch den Aorist. cf. Resp. 469 d: *πολλὰ δὲ ἤ. στρατόπεδα διὰ τὴν τοιαύτην ἁρπαγὴν ἀπώλετο*, quem locum Krüger ad Thucyd. II. 89,5 affert. ibi locus simillimus extat: *πολλὰ δὲ καὶ στρατόπεδα ἤδη ἔπεσεν.. τῇ ἀπειρίᾳ.* praeterea cf Legg. 703 b. Alcib. sec. 141 d. 142 a. b.

ὼς ἱκανῶς ἤ. μεμαθηκότας. 15 e. Euthyd. 274 d: πεπεισμένον ἤ. Phädr. 241 b: νοῦν ἤ. ἐσχηκώς. Lys. 217 e: καὶ τὸ μήτε κακὸν ἄρα μήτ' ἀγαθὸν ἐνίοτε κακοῦ παρόντος οὔπω κακόν ἐστιν, ἔστι δ' ὅτε ἤ. τὸ τοιοῦτον γέγονεν.[39]) Symp. 221 a. Resp. 614 b. Tim. 80 b: κινήσεις ἀποπαυομένας ἤ. τε εἰς ὅμοιον ἐληλυθυίας. Critias 110 a: ὅταν ἴδητόν τισιν ἤ. τοῦ βίου τἀναγκαῖα κατεσκευασμένα. Phil. 14 d: συγκεχωρημένα.. ὑπὸ πάντων ἤ. 18 d. ἐπ' αὐτῷ γε ἤ. γεγονότες ζητεῖτε, ὡς φῄς, πάλαι. „quum rem iam prope attigissetis". v. Stallb. Theät. 202 b: τὰ δὲ ἐκ τούτων ἤ. συγκείμενα. cf. § 5. Polit. 266 a. 269 c: ὅταν αἱ περίοδοι.. μέτρον εἰλήφωσιν ἤ. χρόνου, quum tempus sic processerit, ut iam.. habeant. Lysis 206 e: κατελάβομεν.. τὰ περὶ τὰ ἱερεῖα σχεδόν τι ἤ. πεποιημένα. Similiter Axioch. 365 a: καταλαμβάνομεν αὐτὸν ἤ. μὲν συνειλεγμένον τὰς ἀφάς. (Bekker et Stallb. praebent συνειλεγ. μὲν αὐτ. ἤ. cf. ed. Turic. 1839). Comparari potest Resp. 574 d: πολὺ δὲ ἤ. ξυνειλεγμένον ᾖ τὰ τῶν ἡδονῶν σμῆνος. iam in tantam animi turbationem venit, ut colligantur. porro Epist. 322 b: τὸν δῆμον κατέλαβεν ἤ. πρεσβύτερον καὶ εἰθισμένον. Huic loco ceteros addo, ubi ἤ. cum perfecto iunctum aetatis notionibus additum est: Resp. 572 d: τοῦ τοιούτου ἤ. πρεσβυτέρου γεγονότος. Legg. 670 a. Critias 113 d: ἤ. δ' εἰς ἀνδρὸς ὥραν ἡκούσης τῆς κόρης. — Bis ἤ. perfectis, quae notionem praesentis habent, appositum extat: Phädon 73 b: καὶ σχεδὸν.. ἤ. μέμνημαι. usque eo paene veni, ut meminerim. Alcib. pr. 117 a: δέδοικα μὲν ἔγωγε ἤ. περὶ ἐμαυτοῦ. Socrates Alicibiadem interrogationibus iam illuc duxit, ut de se ipso vereretur.

Nunc praebeo ea exempla, ubi actio demum praesenti tempore ad finem perducta est. Indicat his locis ἤ. provectum temporis momentum et accurate respondet nostro ‚nunmehr'. Quam notionem haud procul a vi particulae νῦν abesse neminem fugiet. sed ἤ. ad id, quo progressum est, respicit, νῦν tempus praesens solum indicat. Huc pertinent: Resp. 371 e: ἆρ' οὖν ἤ. ἡμῖν ηὔξηται ἡ πόλις, ὥστ' εἶναι τελέα; nostra disputatio nonne ita processit, ut nunc respublica adaucta sit? Simillime 427 d: φωσ-

---

39) Praeterea exempla, ubi ἤ. ad οὔ (μή) πω spectat, sunt: Euthyd. 274 d. Sisyph. 388 a.

μένη μὲν τοίνυν. . ἤ. ἄν σοι εἴη ἡ πόλις. Tim. 19a. Legg. 903a. sed vide § 37. Phil. 52c: *οὐκοῦν ὅτε μετρίως ἤ. διακεκρίμεθα.* Soph. 249d: *ἆρ' οὐκ ἐκιεικῶς ἤ. φαινόμεθα περιειληφέναι τῷ λόγῳ τὸ ὄν;* Criton 43d libri exhibent: *οὔ τοι δὴ ἀφῖκται (τὸ πλοῖον).* Badham in editione Euthyd. et Lach. Jenae 1865 p. 83 scribere vult *οὔ τοι ἤ. ἀφῖκται*, quod sine dubio perperam fecit, propterea quod *οὔ τοι δή* nihil offensionis praebet et *ἤ.* cum negatione iunctum apud Platonem raro et id quidem plerumque in interrogationibus occurrit.*) cf. §. 12.

Temporis spatium, quod actio inde a praeterito usque ad praesens emensa est, indicatur et id quidem ita, ut longinquitas eius notetur: Protag. 309d: *τρίτην γε ἤ. ἡμέραν (ἐπιδεδήμηκεν).* Apol. 18b: *πολλοὶ κατήγοροι γεγόνασι πρὸς ὑμᾶς καὶ πάλαι πολλὰ ἤ. ἔτη.* ibidem c: *κατήγοροι πολλοὶ καὶ πολὺν χρόνον ἤ. κατηγορηκότες.* Epist. ed. Herm. VI. p. 68: *φίλων τῶν συνεσχολακότων χρόνον ἤ. πολύν.*

Restat. Apol. 41d: *οὐδὲ τὰ ἐμὰ νῦν ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου γέγονεν, ἀλλά μοι δῆλόν ἐστι τοῦτο, ὅτι ἤ. τεθνάναι καὶ ἀπηλλάχθαι πραγμάτων βέλτιον ἦν μοι.* haec perfecta simili ratione usurpata sunt ac nos dicimus: es wäre besser, ich wäre gestorben. de imperfecto *ἦν* vide, quod Cron in edit. adnotat. *ἤ.* autem vertendum est ‚jetzt schon'. expectaverat Socrates, ut quamvis pergrandis natu diutius viveret.

(§ 18). 2. *ἤ.* cum plusquamperfecto iunctum.

Exempla mihi occurrerunt decem, in quibus notio voculae *ἤ.* nihil difficultatis praebet: Protag. 335d: *καὶ ἐγὼ εἶπον — ἤ. δὲ ἀνειστήκη*[40]*) ὡς ἐξιών —*. Socrates iam ante conatus erat surgere, sed Callias repugnaverat, deinde vero iam eo processit, ut surgeret. Tim. 36b: *τὸ μιχθὲν οὕτως ἤ. πᾶν ἀνηλώκει.* 39e.: *καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἤ. μέχρι χρόνου γενέσεως ἀπείργαστο.* Polit. 263e cf. §. 38. 272e: *ἐπειδὴ. . τὸ γήινον ἤ. πᾶν ἀνήλωτο γένος.* Resp. 615c: *ὁ δὲ Ἀρδιαῖος. . τύραννος ἐγεγόνει ἤ. χιλι-*

---

*) Idem Badham sine ulla probabilitatis specie *ἤ.* restituere vult: Euthyd. 293c. Phädr. 264b.

[40]) de prima persona singularis plusqp. in *η* exeunte cf. Schanz ed. Legg. et. Epin. praef. p. XIII. Eundem secutus pro *ἀνεστήκη ἀνειστήκη* scripsi. cf. quod vir ille doctus in ed. Euthyd. et Protag. praef. p. XIII. disputavit.

οστὸν ἔτος εἰς ἐκεῖνον τὸν χρόνον. — Ter plusquamperfectum ad enuntiationem, quam vocant, irrealem conformandam adhibitum est: Euthyphr. 14c.: *ὃ εἰ ἀπεκρίνω, ἱκανῶς ἂν ἤ. παρὰ σοῦ τὴν ὁσιότητα ἐμεμαθήκη.* Cratyl. 384b.: *εἰ μὲν οὖν ἐγὼ ἤ. ἠκηκόη. .,*[41]) *οὐδὲν ἂν ἐκώλυεν.* Legg. 693a: *εἰ μὴ. . ἤμυνε. ., σχεδὸν ἂν ἤ. πάντ' ἦν μεμιγμένα.* Denique restat locus, ubi participium perfecti loco indicativi plusquamperfecti positum est: Epist. 329e: *οὐδ' ἂν εἷς περιεῖδέ με μόνον ἐκπορευόμενον. ., ἄλλως τε καὶ διηγγελμένον ἤ. ποτὲ τοὐναντίον.*

(§ 19). 3. *ἤ.* aoristo appositum.

Exempla, quae huc pertinent, omnia ad unum eam notionem praebent, quae, ut supra dixi, indicat actionem cum vi quadam in praeterito positam ad tempus insequens relatam esse. Prorsus idem exprimitur vocibus, ‚iam' et ‚schon, bereits'. Atque quum haec significatio plane in aperto sit, statim exempla afferam. Et primum quidem aoristi *ἰδεῖν* et similes saepius cum *ἤ.* iuncti occurrunt cf. § 17.: Gorg. 497e Socrates interrogat: *Τί δέ; παῖδα ἀνόητον χαίροντα ἤ. εἶδες;* pergit autem, simulac Callicles respondit: *ἔγωγε*, sic: *ἄνδρα δὲ οὔπω εἶδες ἀνόητον χαίροντα*; ex hoc exemplo apparet, quum enuntiatio, in qua *ἤ.* locum habet, negativa sit, pro *οὐκ ἤ.* (cf. Kühner l. l. p. 675. Hartung p. 238. Heller p. 271) dici posse *οὔπω.*[42]) — Gorg. 498a: *ἐν πολέμῳ δὲ ἤ. εἶδες ἄνδρα δειλόν*; Euthy. 300e. Similiter Phädon 65d: *ἤ. οὖν πώποτέ τι τῶν τοιούτων τοῖς ὀφθαλμοῖς εἶδες*; sic sine dubio scribendum est, quamquam Clarkianus *τί δὴ* exhibet. Neque enim *τί* pronomen interrogativum ad hunc locum quadrat et *ΤΙΔΗ* cum *ΗΔΗ* facillime mutari potuit. — Sympos 216e: *ἀλλ' ἐγὼ ἤ. ποτ' εἶδον* sc. *ἀγάλματα.*[43]) Alcib. pr. 118c: *Τί οὖν*; *ἤ. τινὰ εἶδες;* in B legitur particula *δή*, quae recte ab editoribus in vocem *ἤ.* mutata est. Jon. 532e. 533a: *τί δέ*; *ἐν ἀνδριαντοποιίᾳ ἤ. τιν' εἶδες*; Respondet Jon: *οὐδὲ τοῦτον ἑώρακα.* tum Socrates pergit: *ἀλλὰ μὴν.., οὐδ' ἐν αὐλήσει.. οὐδεπώποτ' εἶδες ἄνδρα* cf. § 12. — Legg. 639d:

---

[41]) Sic textui intulit Schanz secutus codicem T, B praebet *ἀκηκόειν*

[42]) cf. § 12.

[43]) antecedunt verba; *οὐκ οἶδα εἴ τις ἑώρακε τὰ ἐντὸς ἀγάλματα.* hic sine ullo sensus detrimento *ἤ.* addi potuisse nemo negabit.

ταύτην οὖν μῶν ὀρθῶς γιγνομένην ἤ. τις πώποτε ἐθεάσατο; Resp. 526 b: *ἤ. ἐπεσκέψω.* Theät. 196 a: *ἤ. πώποτε ἐσκέψατο.* — *ἤ. ἤκουσα* (cf. § 17) extat his locis: Charm. 161 b: *ἄρτι γὰρ ἀνεμνήσθην ὃ ἤ. του ἤκουσα λέγοντος*, ubi particulae *ἤ.* et *ἄρτι* quodam modo inter se opponuntur. Simillime Lysis 215 c: *ἤ. ποτέ του ἤκουσα λέγοντος καὶ ἄρτι ἀναμιμνήσκομαι* cf. Cratyl. 434 b. — Euthyphr. 8 b. Phädon 61 e (bis). Resp. 493 d. Theät. 149 a. de virtute 377 c. — Protag. 335 a: *πολλοῖς ἤ. εἰς ἀγῶνα λόγων ἀφικόμην.* Laches 187 a. Euthyph. 5 c. Gorg. 456 b. 458 d: *πολλοῖς ἤ. λόγοις παραγενόμενος οὐκ οἶδ᾽ εἰ..* 514 d: *ἢ ἤ. τις ἄλλος διὰ Σωκράτην ἀπηλλάγη νόσου.* hic *ἤ.* certa opinor coniectura pro *εἰ δή*, quod codd. praebent, restitutum est. Heindorfio, qui primus correctionem *ἤ.* commendavit, recte in suspicionem venit ‚interrogatio directa statim in obliquam mutata' (antecedit: *ὁ Σωκράτης πῶς ἔχει τὸ σῶμα πρὸς ὑγίειαν*). huic contradicit Stallbaum ratus *εἰ* conditionis facere significationem. ita orationem gratae cuiusdam negligentiae speciem referre a dialogorum consuetudine minime abhorrentem. Cum vero negligentia haec emendatione, quae paene nulla est, removeri possit, quumque, ut iam Heindorf recte observavit, verba, quae in insequenti oratione his respondent, sic legantur: *Καλλικλῆς ἤ. τινὰ βελτίω πεποίηκε;* dubium esse nequit, quin *ἤ.* scribendum sit. — Cratyl. 386 a (bis) 401 e. Phädon 60 d: *ἤ. ἤροντο.* quocum cf. Symp 173 b: *ἔνια ἤ. ἀνηρόμην.* — 177 b: *ἔγωγε ἤ. τινὶ ἐνέτυχον βιβλίῳ* (v. § 17 in.). proxime accedit Minos 316 c: *ἤ. ποτέ ἐνέτυχες ξυγγράμματι.* praeterea contendi possunt: Soph. 246 b: *ἤ. γὰρ καὶ ἐγὼ τούτων συχνοῖς προσέτυχον.* — Resp. 469 d. cf. adn. 38. Phil. 16 b. Theät. 150 c. e. 151 c: *πολλοὶ γὰρ ἤ. πρός με οὕτω διετέθησαν.* in Plutarch. quaest. Platon. p. 999 d *δή* in codd. legitur. quamquam etiam illud saepius voci *γάρ* adhaeret (Kühner l. l. II. 2. p. 683 extr.) tamen codicibus Platonis, quippe qui vetustissimae aetatis sint, maior fides tribuenda est. ceterum cf. § 4. -- Polit 272 e. Parm. 130 d. Legg. 708 b. Theag. 127 e. Hippias mai. 301 e. Hipparch 226 e. Legg. 876 e: *νῦν τοῦτ᾽ αὐτὸ ποιητέον, ἐπανελθόντας ἤ. πάλιν ἐπὶ τοὺς νόμους.* Alcib. pr. 115 a: *εἴ τις ἤ. σοι ἔδοξεν αἰσχρὰ.. πράττειν;* hic quoque pro *δή*, quod in Bodleiano scriptum extat, sine dubio *ἤδη* substituendum est.

Anterast. 134a legitur: *καί μοι ἔδοξεν ἤ. ἐνταῦθα κινητέος εἶναι.* hic *ἤ. ἐνταῦθα* (cf. § 40) non cum aoristo *ἔδοξεν*, sed cum *κινητέος εἶναι* coniungendum est, qui infinitivus redit ad indicativum imperf. Indicat autem *ἤ.* actionem progresso tempore peractam. quocum cf. Symp. 217c: *ἔδοξέν μοι ἐπιθετέον εἶναι τῷ ἀνδρὶ.. καὶ οὐκ ἀνετέον,.. ἀλλὰ ἰστέον ἤ. τί ἐστι τὸ πρᾶγμα. ἤ.* consilium cognoscendi in tempore nimis longe provecto ponit idemque impatientiam quandam exprimit. Commode Schleiermacher vertit: ‚sondern endlich erfahren.' cf. Heller p. 273, Hartung p. 238. v. § 27.

Postremo loco dicam de Alcib. sec. 141d et 142a. ubi verba inter se simillima occurrunt haec: *πολλοὺς δ' ἂν ἔχοιμεν εἰπεῖν, ὅσοι τυραννίδος ἐπιθυμήσαντες ἤ. καὶ σπουδάσαντες.. τὸν βίον ἀφῃρέθησαν* et *ὁρᾷς.. ὅσοι στρατηγίας ἐπιθυμήσαντες ἤ. καὶ τυχόντες αὐτῆς.. φυγάδες.. εἰσιν.* Recte Buttmann (in edit. Men. Crito. Alcib. utriusque Berolini 1822) adnotat: ‚est insolentius quid in positu maxime huius *ἤ.*' errat autem, quum haec verba intelligenda esse putat ‚ac si scriptum esset: *πολλοὺς ἔχοιμεν ἂν εἰπεῖν γεγονότας ἤ., οἳ ἐπιθυμήσαντες.. ἀφῃρέθησαν* et simili ratione altero loco.' ‚Quae', ut recte ait Stallbaum, ‚inaudita foret traiectio ne in hoc quidem scriptore toleranda'. Eiusdemque Stallbaumii explicationi adsentior, quum putat haec verba explananda esse, quasi ordo hic extet: *πολλοὺς δ' ἂν ἔχοιμεν εἰπεῖν, ὅσοι ἤ. τυραννίδος ἐπιθυμήσαντες καὶ σπουδάσαντες τοῦτο* (sc. *τυραννεῖν*) *αὐτοῖς παραγενέσθαι κ. τ. λ.* Coniungendum igitur est *ἤ.* cum verbis *ὅσοι ἀφῃρέθησαν.* Hanc explicationem firmare videtur p. 142b, ubi participio pro enuntiatione relativa substituto *ἤ.* legitimum locum obtinet: *εὑρήσεις δὲ.. εὐξαμένους τινὰς ἤ.* (sc. *τέκνα*) *κ. τ. λ.* invenies exoptasse iam nonnullos.

(§. 20). 4. *ἤ.* imperfecto adiunctum.

In exemplis, quae hoc in caput incidunt, per *ἤ.* in temporis spatio longius progresso actio collocatur. Consideratur autem ea non per se, sed in ordine aliarum actionum et illud ita, ut respectu earum, quae praecedunt, progressio eius notetur. — Ac primum quidem eam notionem manifesto praebent ea exempla, quae *ἤ.* sequente particula *καί* ita exhibent, ut haec

locutio accurate respondeat latino iam (que) — quum, germanico schon — als, da. cf. Krüger Sprachl.[5] p. 338. 32. An. 6. ‚Comparantur duae res in tempore se attingentes vel aequales‘. cf. Hand Tursell. III. p. 152. — Loci sunt hi: Lysis 223a.: *ταῦτα δ' εἰπὼν ἐν νῷ εἶχον ἄλλον ἤ. τινὰ τῶν πρεσβυτέρων κινεῖν. κᾆτα. . παρεκάλουν.* quae quum dixissem alium iam quendam ‚ad disputationem excitare' volebam, quum. . iusserunt. Phaedon 118a.: *ἤ. οὖν σχεδόν τι αὐτοῦ ἦν τὰ περὶ τὸ ἦτρον ψυχόμενα καὶ ἐκκαλυψάμενος. . εἶπεν.* Conexui sententiarum aptius est quum reddimus: Schon war ihm nun beinahe der Unterleib kalt geworden (u.) da sagte er sich aufdeckend quam: schon etc., als er sagte. Hoc enim si dicimus, sententiae harum enuntiationum artiore vinculo conexae sunt atque quodam modo exprimitur praeter expectationem Socratem tum dixisse, de qua re omnino hic cogitari nequit. Similiter arbitrandum est de Symp. 220c: *καὶ ἤ. ἦν μεσημβρία καὶ ἄνθρωποι ᾐσθάνοντο καὶ θαυμάζοντες ἄλλος ἄλλῳ ἔλεγεν.* Stallbaum adnotat: ‚Nos dicimus: und schon war es Mittag, als man es erst merkte‘. Huic contradicit suo iure Rückert, cui plane adsentitur Hommel. Neque enim dicitur expectatum esse, ut milites ad Socratem animo de aliqua re reputantem ante meridiem attenderent, sed temporis longinquitas, quod a primo mane transiit, cum vi aliqua notatur atque simpliciter additur milites Socratem meditabundum meridie observasse. Quod autem Rükert ait idem verba significare, ac si narret Alcibiades: iam sentiebant homines; at non discessit, — huic adsentiri non possum. *ἤ.* enim mea sententia modo cum *ἦν μεσημβρία* coniungendum est. Optime vertit Lehrsius ‚und schon war es Mittag: da wurden sie es gewahr‘. — Eodem modo explanandum videtur Anterast. 134e: *τοὐντεῦθεν ἤ. ἀπορίας μεστοὶ ἦμεν ἅπαντες, κἀγὼ προσπαίζων αὐτοὺς ἠρόμην.* — Alio modo actionem verbi, ad quod *ἤ.* accedit, in idem tempus atque aliam actionem incidere exprimitur Euthyd. 272e: *καὶ ἤ. ἐν νῷ εἶχον ἀναστῆναι. ἀνισταμένου δέ μου ἐγένετο τὸ δαιμόνιον.*

Jam illos locos afferam, ubi vocula *ἤ.* iuxta significationes temporum diei posita est et haec respectu praecedentis temporis momento longius producto evenire indicat: Protag. 312a: *ἤ. γὰρ ὑπέφαινέ τι ἡμέρας.* Phaedon 116b: *καὶ ἦν ἤ. ἐγγὺς ἡλίου δυσμῶν.* Lysis 223a. Symp. 220c. 223c d. Resp.

621 a. — Eodem modo *ἤ.* tempori anni additum est Epist. 345 d. cf. §. 38.

His addo ea exempla, quae aliquem iam aetate provectum esse indicant (cf. §§ 1. 31): Tim. 21 b: *σχεδὸν ἐγγὺς ἤ. τῶν ἐνενήκοντα ἐτῶν.* Epist. 328 b. hoc loco commemorare velim Parm. 127 b in editionibus Bekkeriana et Turicensi sic legi: *τὸν μὲν οὖν Παρμενίδην εὖ μάλα ἤ. πρεσβύτην εἶναι,* quamquam B. *δή* praebet. Nemo opinor dubitaret *ἤ.*, si satis auctoritate codicum firmaretur, probare. Sed quum utraque vocula hic locum habere possit, tenendum est, quod optimus liber manusc. exhibet. de particula *δή* simili nexu sententiarum extante post *μάλα* posita apte conferri potest locus, quem Stallbaum laudat: Soph. 217 c: *Παρμενίδῃ.. παρεγενόμην ἐγὼ νέος ὤν, ἐκείνου μάλα δὴ τότε ὄντος πρεσβύτου.*

Locorum, qui relinquuntur, primum eos afferam, qui indicativum imperfecti praebent: Protag. 321 c: *ἤ. δὲ καὶ ἡ εἱμαρμένη ἡμέρα παρῆν.* Charm. 155 c. Euthyd. 293 a: *πᾶσαν ἤ. φωνὴν ἠφίειν.* Similiter Resp. 449 b: *ἥκιστά γε, ἔφη ὁ Ἀδείμαντος μέγα ἤ. λέγων.* Euthyd. 301 b: *ἤ. δὲ τοῖν ἀνδροῖν τὴν σοφίαν ἐπεχείρουν μιμεῖσθαι* 302 b. Cratyl. 436 d. Tim. 73 d. Menex. 239 d: *ὅτε πᾶσα μὲν ἡ Ἀσία ἐδούλευε τρίτῳ ἤ. βασιλεῖ,* numerus extremus, qui rebus progressis completus est, indicatur.

Deinde participium imperfecti (praesentis) cum *ἤ.* iunctum occurrit: Euthyd. 274 b: *οἱ δὲ ἐτύγχανον ἡμᾶς ἤ. περιιστάμενοι.* 291 b: *οἰόμενοι ἤ. ἐπὶ τέλει εἶναι.* eodem modo *ἤ* ad *οἰόμενος* accedit: Resp. 615 e. Menex. 243 c. — Cratyl. 397 d: *ὕστερον δὲ κατανοοῦντες τοὺς ἄλλους πάντας ἤ. τούτῳ τῷ ὀνόματι προσαγορεύειν.* *ἤ.* cum *κατανοοῦντες* coniungendum est. Lysis 223 b. Symp. 174 e: *καταλαμβάνειν ἤ. μέλλοντας δειπνεῖν* se illos iam coenaturos repperisse. Resp. 408 c. Polit. 273 a. Legg. 682 c. Menex. 241 c. Epist. 349 e.

Denique occurrit infinitivus imperfecti (praesentis) (cf. § 19) Menex. 244 c.

Habes exempla, quae *ἤ.* cum praeterito coniunctum praebent. Nunc agam

2.

(§ 21.) de voce ἤ. futuro apposita.

Primum extant exempla, in quibus ἤ., si Hartungium et Kühnerum sequimur, indicat ‚von nun an, posthac, *τοῦ λοιποῦ*', sin autem accuratius in ea inquisiverimus, notionem a vulgata non distare inveniemus.[44]) Huc spectat Euthyd. 296 a: *πλέον αὖ τοῦ δέοντος ἀπεκρινάμην ὑπὸ ἀπαιδευσίας· ἀλλὰ συγγίγνωσκέ μοι· ἀποκρινοῦμαι γὰρ ἤ. ἁπλῶς.* Sane nexui sententiarum aptum esse videtur, quum vertimus: ich werde hinfort einfach antworten, sed accuratius sic reddendum est: ich werde jetzt bereits, jetzt nun, nunmehr einfach antworten. antea plus, quam decet, respondi, nunc iam eo procedam, ut simpliciter respondeam. — Praeterea hanc significationem praebere mihi videntur Symp. 201 d: *καὶ σὲ μέν γε ἤ. ἐάσω.* Minos 319 a: *ἤ. οὖν καὶ περὶ Μίνω.. τούτου ἕνεκα φράσω.* — Prosus vulgari modo ἤ. usurpatur Gorg. 487 e: *ἐάν τι σὺ.. ὁμολογήσῃς μοι, βεβασανισμένον τοῦτ' ἤ. ἔσται.* iam eo perveniemus, ut satis nobis probetur. Similiter ibidem: *ἡ ἐμὴ καὶ σὴ ὁμολογία τέλος ἤ. ἕξει τῆς ἀληθείας.* Demod. 383 e: *ὑπὸ γὰρ τοῦ πρότερον εἰπόντος ἤ. φανερὸν ἔσται.* cf. Resp. 434 d. — Menon 79 c: *ὥσπερ εἰρηκὼς*[45]) *ὅ τι ἀρετή ἐστι τὸ ὅλον καὶ ἤ. γνωσομένου ἐμοῦ.* Cratyl. 425 a: *καὶ πάλιν ἐκ τῶν ὀνομάτων καὶ ῥημάτων μέγα ἤ. τι καὶ καλὸν καὶ ὅλον συστήσομεν.* collocatio indicare videtur voculam ἤ. potissimum cum *μέγα* (*καλόν, ὅλον*) coniungendam esse. hoc si probamus, ἤ. translatum est a tempore ad res atque significat gradationem quandam, quae vis facile ex primigenia derivari potest. cf. § 33. Cratyl. 426 b: *ἦ εὖ εἰδέναι ὅτι τά γε ὕστερα ἤ. φλυαρήσει.* etiam hoc loco ἤ. adscensum quendam ad maiora exprimere videtur. Etenim sententiae sic cohaerent: nisi quis primorum nominum peritissimus erit, de iis non satis recte iudicabit, de sequentibus vero iam (bereits, sogar schon) ineptias proferet — Symp. 210 e: *ὃς γὰρ ἂν μέχρι ἐνταῦθα . . παιδαγωγηθῇ.. πρὸς τέλος ἤ. ἰὼν. . κατόψεται.* Resp. 348 b: *ἂν.. λέγωμεν.., ἀριθμεῖν δεήσει τὰ-*

---

[44]) cf. quod Heller pp. 269 et 270 de hac significatione scite dicit.

[45]) ad *εἰρηκώς* vocem ἤ. a Platone sine ulla notionis permutatione addi potuisse nexus sententiarum docet. ceterum cf. vers. Mülleri.

γαϑὰ.. καὶ ἤ. δικαστῶν τινῶν τῶν διακρινούντων δεησόμεϑα iam eo res perveniet, ut iudicibus opus sit. Resp. 531 e: *ἀλλ' ἤ. μὴ δυνατοί τινες.. εἴσεσϑαι ποτέ τι.* Menex. 248 c: *τὰ μὲν γὰρ ἡμέτερα τελευτὴν ἤ. ἕξει.*

Relinquuntur 14 loci, ubi *ἤ.* cum futuro iunctum aut in apodosi aut iuxta particulas positum est, de quibus v. infra.

3.

(§ 22). *ἤ.* tempori praesenti adiunctum.

Hoc in caput longe plurima exempla incidunt, praesertim quum etiam illos locos hic tractare mihi proposuerim, qui quamquam modum aliquem ceterorum temporum praebent, tamen notionem haud procul a tempore praesenti remotam exhibent. Haec ingens vis exemplorum quomodo distribuatur, iam circumspiciendum est. Partitio autem, quam supra p. 36 squ. instituimus, illa quidem hic adhiberi potest (cf. Ebeling l. l.), sed minus apta esse mihi videtur, quod sic exempla difficillime et saepius parum distincte discerni possunt. Et ne in ea quidem dispositione, qua usus sum, mihi contigit, ut totam materiem in capita, quae omni ex parte certis finibus circumscripta essent, dividerem, neque facile cuiquam continget; quod praemonere velim, ne quis in exemplis dispertiendis certum ordinem requirat. —

(§ 23). 1.

Vocis *ἤ.* notio interdum haud procul abest a particula *νῦν*, atque saepius loci ita comparati sunt, ut scriptor, prout libuit, aut *ἤ.* aut *νῦν* adhibere potuisse putandus sit. Haec enim satis lubrica differentia intercedit, ut *νῦν* simpliciter cum vi rem praesenti assignet, *ἤ.* illud quidem idem efficiat, sed simul eam in ordine rerum fieri indicet. Respicit igitur haec vox, quae est eius vera natura, ad aliud tempus (actiones). Latini eodem modo usurpant ‚iam', nos ‚nun, nunmehr, jetzt nun', Huc refero primum eos locos, ubi Plato ait, quum hoc vel illud factum sit, iam munus et officium esse aliud faciendi. cf. Lach. 180 a: *ἤ. οὖν ὑμέτερον μέρος συμβουλεύειν.* Polit 258 c: *τοῦτ' ἤ. σὸν τὸ ἔργον.* Soph. 235 a. Legg. 806 d. cf. Menex 244 c. — Idem significatus occurrit, ubi dicitur iam tempus esse aliquid facere: Protag. 361 e: *καὶ περὶ τούτων δὲ εἰσαῦϑις διέξιμεν· νῦν δ' ὥρα*

ἤ. καὶ ἐπ' ἄλλο τι τρέπεσθαι. Apol. 42a: *ἀλλὰ γὰρ ἤ. ὥρα ἀπιέναι.*[46]) Alcyon extr. Haud multum differt Resp. 331 d: *παραδίδωμι ὑμῖν τὸν λόγον· δεῖ γάρ με ἤ. τῶν ἱερῶν ἐπιμεληθῆναι.*

Cognatissima est eorum locorum notio, ubi transitus orationis per *ἤ.* paratur: Phädon 63e: *ἀλλ' ὑμῖν δὴ τοῖς δικασταῖς. βούλομαι ἤ. τὸν λόγον ἀποδοῦναι.* Resp. 394b: *καὶ οἶμαί σοι ἤ. δηλοῦν, ὃ ἔμπροσθεν οὐχ οἷός τ' ἦν.* explicari potest ‚nun' et si minus notionem vocis *ἤ.* urgemus ‚von nun an' cf. § 21. Resp. 444e. cf. Phileb. 23a: *οὐκ ἄμεινον αὐτὴν ἐᾶν ἤ.* ‚Ists nicht besser, sie hinfort auf sich beruhen zu lassen?' (Müller) Porro huc spectant nonnulla exempla, quae *μετὰ ταῦτα ἤ.* exhibent, de quib. v § 42. Similiter Legg. 891e: *λέγοιμ' ἄν, ὡς ἔοικεν, ἤ. σχεδὸν οὐκ εἰωθότα λόγον* cf. adn. 15. 968c: *ἀλλὰ ἤ.* (für jetzt).. *διδαχὴ.. γίγνοιτ' ἄν.* Critias 108d: *τοῦτ' οὖν αὐτὸ ἤ. δραστέον καὶ μελλητέον οὐδὲν ἔτι.* hoc loco notio ‚jetzt nun' in aperto est, quamquam fere sine ullo sensus detrimento verti potest ‚sogleich', praesertim quum verba sequentia respicias. Haud impares sunt loci hice: Legg. 646e. Sisyph. 389b. Cratyl 422b: *δεῖ.. ἤ. ἐπισκέψασθαι.* Legg. 733a: *τοῦτο ἤ... χρὴ. σκοπεῖν.* — Haec exempla significationem eandem praebent atque ea, ubi *ἤ.* adhortationibus accedit, de quibus nunc agam. — —

(§ 24). 2. *ἤ.* cohortativis annexum.

In dubitationem vocari potest, utrum *ἤ.* adhortationibus additum significet ‚sogleich, schleunigst' an vulgatam habeat notionem ‚jetzt, bereits, jetzt nun'. cf. Hartung p. 237, cui suo iure repugnat Heller p. 267 squ. Hunc vulgarem significatum amplexus equidem puto hoc *ἤ.* eodem modo atque id, quod priore capite tractavi, indicare actionem in ordine rerum sequentem. Latini aeque utuntur particula ‚iam' cf. Hand Tursell. III. p. 127. Notionem autem celeritatis voci *ἤ.* nonnulli subiecisse videntur ea re adducti, quod ipse imperativus saepius cum adhortatione quadam accelerandi pronuntiatur. Occurrerunt autem mihi 24 exempla, ex quibus

---

[46]) cf. simillimum locum, ubi *ἤ.* prorsus eodem sententiarum nexu extante omittitur: Euthyphr. 15e: *εἰσαῦθις τοίνυν· νῦν γὰρ σπεύδω ποι, καί μοι ὥρα ἀπιέναι.* praeterea v. Theät. 145b. Phileb. 62e, ubi Stallbaum cognatos locos affert.

a) secundam personam imperativi praebent haec: Protag. 316c: *ταῦτ' οὖν ἤ. σὺ σκόπει.* cf. Resp. 521c. — Euthyd. 296c: *προςτίθει τοίνυν ἤ.*, Cratyl. 434b: *ἤ. τοίνυν καὶ σὺ κοινώνει.* 440e: *ἀλλὰ καὶ σὺ πειρῶ ἔτι ἐννοεῖν ταῦτα ἤ.* Hoc *ἤ.*, quod finem facit Cratyli dialogi, primo Heindorfio in suspicionem venit; ‚neque enim omnino aptum est in hac sententia, praesertim post *ἔτι* illud illatum, neque commodo loco est positum, quum statim post *σὺ* vel *πειρῶ* poni debuerit‘. Quod vir ille doctus primo loco dicit, vix puto id recte se habere. Omnia enim bene procedunt, quum sententias ad verbum exprimimus: Aber auch du versuche nunmehr noch dieses zu überlegen. Et ne alteri quidem scrupulo nimis tribuendum est; nam et *ἤ.* saepius ab imperativo seiunctum occurrit[47]) et in fine orationis Graecos saepius aliquantulum sono verborum indulsisse constat. ceterum cf §§. 3. 9. Badham in ed. Euthyd. et Lach. proleg. p. XXIV. *ἤ.* in *ἧ δὴ ἔχει* mutari vult. — Resp. 580b. Phil. 31d: *τὸν νοῦν. . ἤ. πρόσεχε.* Similiter Theaet. 198b: *ἤ. πρόσσχες τὸν νοῦν.* Alter locus, ubi II. pers. imperat. aorist. extat, legitur Criton 48e: *εἰ δὲ μή, παῦσαι ἤ., ὦ μακάριε, πολλάκις μοι λέγων.* Müller haud inepte vertit: ‚wo aber nicht, dann höre endlich einmal auf‘. impatientia enim qnaedam exprimitur. cf. §. 27. Legg. 723e olim legebatur: *μετὰ δὲ τοῦτο ἤ. τοὺς νόμους διέξει λέγων.* vox *ἤ.*, quippe quae in codice A scripta esset, ab omnibus editoribus recepta erat, quum et nexui sententiarum conveniret, et saepius in Platonis scriptis locutio *μετὰ τοῦτο ἤ.* occurreret. Nunc vero quum eximia Schanzii opera sciamus *ἤ.* non nisi a recentiore manu Parisini additum esse, dubium esse nequit, quin illud delendum sit. — Legg. 682e: *καὶ δὴ ταῦτά γε ἤ. πανθ' ὑμεῖς. . μυθολογεῖτε.* Menex. 249c. Semel perfecti imperat. II. pers. inveni nempe Phaedr. 278b: *οὐκοῦν ἤ. πεπαίσθω μετρίως ἡμῖν τὰ περὶ λόγων.* Nescio an non ab interpretibus locus huic simillimus allatus sit: Aristoph. Thesmoph. 1227 (Bergk.): *ἀλλὰ πέπαισται μετρίως ἡμῖν.*

b) tertia persona imperat. extat et ea quidem plerumque praesentis: Phaedr. 241d: *οὐκέτ' ἂν τὸ πέρα ἀκούσαις. .. ἀλλ'*

---

[47]) Hac occasione oblata commemoro septies cohortativum statim post vocem *ἤ.* legi, quater ordinem inversum esse. Ceterorum (13) locorum memorabilem collocationem praebent: Timä. 69b. Theät. 159b. Legg. 682e.

ἤ. σοι τέλος ἐχέτω ὁ λόγος. Symp. 194 d: *ἀποδοὺς οὖν ἑκάτερος τῷ θεῷ οὕτως ἤ. διαλεγέσθω* cf. §. 39, 3. Similiter Theaet. 181 d. — Legg. 794 c. 902 b: *ἤ. τοίνυν. . φάτω* (imperativus est concedentis). — Uno loco aoristi imperat. extat Legg. 850 a.

c) octies *ἤ.* primae personae coniunct. praes. appositum repperi: Gorg. 458 b: *ἐῶμεν ἤ. χαίρειν.* Haud imparem speciem praebet Parm 159 b: *οὐκοῦν ταῦτα μὲν ἤ. ἐῶμεν.* — Resp. 471 e: *τοῦτο αὐτὸ ἤ. πειρώμεθα.* cf. supra Cratyl. 440 e. — Tim. 69 b. Resp. 521 c. Phileb. 34 c. cf. §. 42. Theaet. 181 d. 159 b. — —

(§ 25).

Nunc afferam ea exempla, ubi *ἤ.* exprimit aliquid, quod antea non acciderat, iam, postquam (quia) hoc vel illud evenit, accidere. Non distant haec ab iis exemplis, quae primo loco enumeravi, nisi eo, quod magis cum antecentibus cohaerent vel potius quasi ex iis manant. germanice optime respondet ‚nunmehr'.

Ac primum saepius dicitur disputatione praegressa usque eo venisse oratio, ut res aliqua in aperto sit. Sic *ἤ. δῆλον* occurrit his locis: Laches 182 c: *καὶ ἤ. δῆλον.* Euthyd. 294 b: *δῆλοι γάρ μοί ἐστον ἤ.* (cf Schanz N. C. p. 81) Symp 204 b: *δῆλον τοῦτό γε ἤ. καὶ παιδί.* Hartung p. 244, quem sequitur Kühner, vertit *ἤ.* voce ‚sogar', quod sine dubio perperam fecit. gradatio enim sola voce *καί* fit, *ἤ.* autem vulgatam notionem habet ‚nunmehr'. Diotima enim dicit iam, quum de mediis animantibus disputaverit, unumquemque etiam puerum intelligere, quinam sint philosophi Recte Lehrs l. l. p. 117 reddit: ‚Das ist nun auch einem Kinde klar'. Ceterum cf. similes locos, quos Schanz N. C. p. 27 affert. — Resp. 346 e. 444 c. Polit. 283 a: *παντί που δῆλον ἤ.* Legg. 734 b. Resp. 555 c. Phileb. 22 b. Soph. 263 d[48]). — *ἤ σαφές* occurrit Soph. 235 a (bis). — Cratyl. 391 a: *νῦν δὲ σκοπουμένοις . . τοσοῦτον μὲν ἤ. φαίνεται.* Phädrus 238 b: *σχεδὸν μὲν ἤ. φανερόν.* Simillime Polit. 294 a. —

---

[48]) Apol. 26 b vulgo legitur: *τοῦτο μὲν δῆλον ἤ. ἐστίν* (sic etiam Schanz in ed.). Sed quum Bodleianus *ἤ. ἐστίν* omiserit et illa verba ‚minime necessaria' sint, Schanzio (N. C. p. 163 extr.) adsentior, quum delenda ea esse existimat.

Legg. 670a: *ὁ λόγος ἡμῖν δοκεῖ μοι σημαίνειν ἤ.* Haud dispares sunt hi loci: Polit. 290 d. Theät. 195 b, ubi dubitari potest, utrum *ἤ.* ad verbum finitum an ad infinitivum referendum sit. cf. § 1. — Phädon 105c: *ἀλλ' ὅρα εἰ ἤ. ἱκανῶς οἶσθ' ὅτι.* — *ἤδη μανθάνειν* extat: Menon 76 a. Euthyd. 305 c. Phädrus 242 c: *σαφῶς οὖν ἤ. μανθάνω.* Resp. 524 d. Phileb. 34 a. Theät. 155 d. — Cratyl 417a: *τὸ μὲν ξυμφέρον ἤ. που κἂν σὺ εὕροις.* Similiter Resp. 398 c.[49]) — Menon 89c: *δοκεῖ μοι ἤ. ἀναγκαῖον εἶναι.* cf. Resp. 441 c. Theät. 188 a. – Lysis 214 d: *ἔχομεν ἄρα ἤ.* ‚so haben wir also bereits gefunden': cf. Phileb. 30 e. — Parm. 165 e: *πάντα που τὰ τοιαῦτα, ἃ διελθεῖν εὐπετὲς ἤ. ἡμῖν.* Anter. 134 b: *σὺ ἤδη* (nunmehr) *ξυγχωρεῖς.* quocum conferas Sisyph. 389 a. — Gorg. 465 b: *ἤ. γὰρ ἂν ἴσως ἀκολουθήσαις.* Antea (cf. 463 e) Polus (et Gorgias) non intellexerat, quid Socrates diceret, iam vero Socrates, quum amplius disputasset, suo iure existimare potuit illum, quid vellet, percipere. In Marsilii Ficini versione Latina sic haec verba reddita invenimus: ‚ceterum ne sim prolixior, volo tibi more geometrico dicere, sic enim forte iam assequeris'. Hac interpretatione accepta Socrates ‚diagramma sive figuram geometricam' usurparet, ut, quid diceret, Polus facilius cegnosceret. Verumtamen Socrates longus esse non vult quare more mathematicorum se loqui posse putat, quum iam a Polo percipiatur cf. Stallb. — Phileb. 65 a: *ἤ. τοίνυν ἱκανὸς ἡμῖν γένοιτ' ἂν ὁστισοῦν κριτής* nunmehr könnte entscheiden. Euthyd. 301 e: *ἤδη* (nunmehr) *κολοφῶνα ἐπιτίθης τῇ σοφίᾳ.*

(§ 26). 4.

Vix ab his, quae modo enarravi, exemplis ubique satis distingui possunt ea, ubi *ἤ.* magis in progresso tempore actionem collocat. Aptius est vertere ‚bereits, schon' quam ‚nun-

---

[49]) Phileb. 34 c in codicibus legitur: *ἵνα μὴ τῆς ψυχῆς ἡδονὴν χωρὶς σώματος .. λάβοιμεν.* Hermannus *μή,* quod prorsus ab hoc loco alienum est, in *ἤ.* mutat. probat autem ‚cum Grovio *δή,* nisi quod *μή* facilius ex *ἤ.* prodire potuisse contraria corruptela Politic. p. 303 a ostendit'. Contra equidem puto, nisi forte cum Stallbaumio *πῃ* praefers, maiorem probabilitatis speciem prae se ferre correctionem *δή.* Nam observavi numquam apud Platonem *ἤ.* statim post particulam *ἵνα* positum occurrere, *ἵνα δή* vero vulgaris locutio est, cf. Resp. 420 e. Kühner l. l. II 2 p. 684.

mehr': Phädr. 241 e: *οὐκ ᾔσθου, ὅτι ἤ. ἔπη φθέγγομαι, ἀλλ οὐκέτι διθυράμβους*, eo processi, ut. Resp. 458 b: *ἤ. οὖν καὶ αὐτὸς μαλθακίζομαι.* Laches 189 c. Euthyphr. 4 b: *οὐ γὰρ.. τοῦ ἐπιτυχόντος.., ἀλλὰ πόῤῥω που ἤ. σοφίας ἐλαύνοντος.* Simillime Cratyl. 410 e: *πόῤῥω ἤ. φαίνομαι σοφίας ἐλαύνειν.* Item prope accedunt: Lysis 204 b. Menon 84 a. — Charm. 154 a: *ἐγγὺς ἤ. που εἶναι προσιών*, quocum conferas Resp. 330 e. — Cratyl. 420 d: *ταῦτα ἤ. μοι δοκεῖς πυκνότερα ἐπάγειν*, ad quae Hermogenis verba (sec. edit. Schanz.) Socrates respondet: *τέλος γὰρ ἤ. θεῷ.* sic in B legitur, sed corruptelam hic inesse primo obtutu apparet. attamen, utut scribendum esse putas, *ἤ.* integrum esse videtur. cf. edd.. Comparari possunt hi loci: Phädr. 241 d: *ἀλλ' ἤ. σοι τέλος ἐχέτω ὁ λόγος.* Resp. 535 a[50]) 540 a. Timäus. 92 b. Legg. 701 b 822 d. 824 b. 834 e. Haud multum differt Resp. 541 b: *οὐκοῦν ἅδην ἤ. ἔχουσιν ἡμῖν οἱ λόγοι* cf. ibidem 504 c. — Cratyl. 413 b: *ἐπιχειροῦσι . . ἄλλος ἄλλα ἤ. λέγειν.* 436 d. Phädr. 247 b: *πορεύονται πρὸς ἄναντες ἤ.* Antea dii coelum perlustrant, quum vero ad epulas proficiscuntur, ,quae supra coeli fornicem celebrantur', iam per acclive escendunt. cf. Sympos. 212 d. — Timäus. 27 b: *τὰ λοιπὰ . . ἤ. ποιεῖσθαι τοὺς λόγους.* — Soph. 231 b: *ἀπορῶ δὲ ἔγωγε ἤ. διὰ τὸ πολλὰ πεφάνθαι.* similiter ibidem c. quum permulta de sophista prolata sint, iam eam in condicionem iudicium meum venit, ut ambigat. — Legg. 793 e. 794 a. — 842 b: *νῦν γε προϊόντες ἤ. σχεδόν ἐσμεν ἐν τῷ κατεσκευάσθαι.* 922 c: *ὅταν ἤ. μέλλειν ἡγώμεθα τελευτᾶν*, quum arbitramur eo nos iam pervenisse, ut morituri simus. Epin: 985 a daemonum genera dicuntur *σφόδρα κακὸν μισεῖν, ἅτε λύπης μετέχοντα ἤ.;* dii liberi a doloribus, daemones vero iam eorum compotes sunt. — Laches 182 a: *ὅταν λυθῶσιν αἱ τάξεις καὶ ἤ. τι δέῃ.* Similem speciem praebent: Symp. 209 b. 210 d. Resp. 330 e. 538 c. Soph. 258 b: *πότερον οὖν ἔστιν. οὐδενὸς . . ἐλλειπόμενον καὶ δεῖ θαῤῥοῦντα ἤ. λέγειν.* Protag. 342 c: *αἱ Λακεδαιμόνιοι ἐπειδὰν βούλωνται . . συγγενέσθαι σοφισταῖς καὶ ἤ ἄχθωνται λάθρᾳ ξυγγιγνόμενοι.* Verti potest ,und bereits' aut si impatientiam quandam expressam esse putas ,und endlich.' (sic Müller). Hac occasione data suppedito sub uno conspectu ceteros locos, ubi

[50]) cf. Legg. 960 b: *σχεδὸν ἡ νομοθεσία τέλος ἂν ἡμῖν ἔχοι.*

(§ 27). 5. ἤ. notionem endlich (einmal) exhibet.

His locis indicatur diu aliquid cum impatientia expectatum esse. Huc refero: Cleitoph. 410 c: ἐπεὶ εἴ γ' ἐθέλεις σὺ τούτων μὲν ἤ. παύσασθαι πρὸς ἐμὲ τῶν λόγων τῶν προτρεπτικῶν. Denn wolltest du endlich gegen mich . . abstehen (Müller). quocum apte conferas Criton 48 e. v. § 24. Eandem notionem inesse puto Gorg. 484 c: γνώσει δὲ, ἂν ἐπὶ τὰ μείζω ἔλθῃς ἐάσας ἤ. φιλοσοφίαν. praeterea cf. Symp. 217 c. cf. § 19. Phädr. 254 e cf. § 36. — Hac notione impatientiae omissa quum exprimitur aliquid expectatum esse et serius evenire, tum

(§ 28). 6. ἤ. respondet nostro ‚erst'.

cf. Heller p. 273. Plerumque hanc significationem ἤ. induit, ubi cum τότε aut οὕτως iunctum occurrit; ἤ. solum sic usurpatum inveni: Phädr. 264 a: ἄρχεται ἀφ' ὧν πεπαυμένος ἂν ἤ. ὁ ἐραστὴς λέγοι, quod Stallb. sic reddit: ‚ordiaturque ab iis, quae amator in fine demum orationis amato diceret.' praeterea haec notio extat Epist. 330 d, de quo v. § 36 extr.

(§ 29) 7.

Nonnullis locis vocula ἤ. maiore vi significatur aliquid hoc temporis momento, non posteriore fieri. Hic interdum sine sensus detrimento ἤ. vertere possumus voce ‚sogleich' cf. Phädr. 228 c: αὐτοῦ δεήθητι, ὅπερ τάχα πάντως ποιήσει, νῦν ἤ. ποιεῖν. Charmid. 158 b: εἰ μέν σοι ἤ. πάρεστιν σωφροσύνη . ., οὐδὲν ἔτι σοι ἔδει . . ἐπῳδῶν, ἀλλ' αὐτό σοι ἂν ἤ. δοτέον εἴη . . φάρμακον. Legg. 858 a: κατεχομένοις . . ὑπὸ μεγάλης τινὸς ἀνάγκης ἤ. νομοθετεῖν, ὡς οὐκέτ' ἐξὸν εἰς αὔριον. Huc quoque spectat Epist. 362 a: ἐπεὶ καὶ ἄν τι σοὶ αὐτῷ διαφέρῃ μέγα, ὥστε ἀναλωθὲν μὲν ἤ. ὀνῆσαι, μὴ ἀναλωθὲν δὲ ἀλλ' ἐγχρονισθέν, ἕως κ.τ.λ. ἤ., ut ex oppositione apparet, cum ἀναλωθέν coniungendum est. Schlosser ‚Platos Briefe' etc. Königsberg 1795 p. 68 vertit: ‚wenn du ihn (den Aufwand) gleich baar hergiebst, so wirst du Vortheil davon haben etc. — Phädon 115 a: ὑμεῖς . . εἰσαῦθις ἔν τινι χρόνῳ ἕκαστοι πορεύσεσθε· ἐμὲ δὲ νῦν ἤ. (gleich jetzt, jetzt sofort) καλεῖ ἡ εἱμαρμένη. cf. Criton 43 c.

(§ 30). 8.

Interdum ἤ. indicat rem aliquam fieri per se, non alius rei ope adiutam neque alia re accedente. cf. Euthyd. 280 d: [51]) *ἆρ' οὖν ἤ. τοῦτο ἱκανὸν πρὸς τὸ εὐδαίμονα ποιῆσαί τινα, τό τε κεκτῆσθαι τἀγαθὰ καὶ τὸ χρῆσθαι αὐτοῖς;* utrum aliud opus est an hoc iam sufficit ad beate vivendum? ἤ. translatum est ad res. — Resp. 532 a: *οὐκοῦν οὗτος ἤ. αὐτός ἐστιν ὁ νόμος, ὃν τὸ διαλέγεσθαι περαίνει;* non alia re indigemus, sed haec (sc. *δοῦναί τε καὶ ἀποδέξασθαι λόγον*) iam lex est etc. Müller vertit: ‚besteht nun nicht eben darin bereits die Lehre selbst?' Similiter ibidem 532 e: *αὗται γὰρ ἂν ἤ. αἱ πρὸς αὐτὸ ἄγουσαι (ὁδοί) εἶεν, οἷ ἀφικομένῳ ὥσπερ ὁδοῦ ἀνάπαυλα ἂν εἴη καὶ τέλος τῆς πορείας.* Politic. 267 c: *τὸ δ' ἀπὸ τούτου τμῆμα, ἐπὶ ποίμνῃ δίποδι μέρος ἀνθρωπονομικὸν ἔτι λειφθὲν μόνον, τοῦτ' αὐτό ἐστιν ἤ.* (Müller vertit ‚eben') *τὸ ζητηθέν.* Legg. 680 a: *πολιτείας δέ γε ἤ. καὶ τρόπος ἐστί τις οὗτος*, nihil aliud opus est ad civitatem constituendam, sed hic modus iam quidam civitatis est, quum homines mores et instituta patria secuti vivunt.

(§ 31). 9. ἤ. accedit aetatis notionibus.

In his exemplis vocis ἤ. significatio quum prorsus in aperto sit, statim locos ipsos affero (cf § 20): Apol. 34 b: *πρεσβύτεροι ἤ. ἄνδρες.* Gorg. 485 a: *ἤ. πρεσβύτερος ὤν.* Euthyd. 272 b: *μὴ ἤ. πρεσβύτ.* Resp. 409 c. 452 b. Hipparch 225 d. Rem iam veterem esse dictum est Parm. 152 c. — Epist. 314 b: *γέροντες ἤ. καὶ οὐκ ἐλάττω τριάκοντα ἐτῶν ἀκηκοότες.* Apol. 34 d: *εἷς μὲν μειράκιον ἤ., δύο δὲ παιδία.* Eodem fere modo sententiae formatae sunt Euthyd. 306 d. cf. praeterea Charm. 154 b. — Resp 328 e: *ἐπειδὴ ἐνταῦθα ἤ. εἶ τῆς ἡλικίας.* quocum commode conferas Apol. 38 c. — Charm. 154 e: *πάντως γάρ που τηλικοῦτος ὢν ἤ. ἐθέλει διαλέγεσθαι.* etsi positio [52]) verborum monere videtur, ut ἤ. potius cum *ἐθέλει διαλ.*, quam cum *τηλικοῦτος ὤν* coniungamus, tamen hoc nexui sententiarum aptius esse puto cf. 154 b. — Item ad vitae aetatem spectant: Protag.

[51]) verba, qualia suppedito, firmata sunt codice T et Stobaeo; in B ea miro modo corrupta sunt.

[52]) ceterum cf. Resp. 528 a.

309 a: *ἀνὴρ . . καὶ πώγωνος ἤ. ὑποπιμπλάμενος.* Symp. 181 d, quocum compara Eryxias 396 c: *ἐπειδὰν εἰς τὴν ἡλικίαν τάχιστα ἀφίκωνται τοῦ ἤ. φρονεῖν.* — His addo exemplum, quod ἤ. iuxta diei tempus exhibet: Phädr. 242 a: *ἢ οὐχ ὁρᾷς, ὡς σχεδὸν ἤ. μεσημβρία ἵσταται.* Statim sequitur: *ἤδη καλουμένη σταθερά* (sic in Clarkiano); quae verba nonnulli defendere volebant, quum scriberent *ἡ δή κ. τ. λ.* Sed manifesto ea speciem glossematis prae se ferunt.

(§ 32.) 10. ἤ. actionem, quae praeterito incipiens etiam ad praesens pertinet, indicat.

Hanc notionem apte nos exprimimus vocibus ‚schon, bereits' (raro vocula ‚nunmehr'). Opponitur autem actio tempori futuro, veluti Resp. 407 a scriptum invenimus: *ὅταν τῳ ἤ. βίος ᾖ, ἀρετὴν ἀσκεῖν* (*δεῖ*), qui locus sic intelligendus est: quum alicui, unde vivat, satis iam est i. e. quum hoc antea sibi peperit et nunc (iam) (non posteriore tempore) ei illud suppetit. Praeterea huc spectant: Charm 158 b: *εἰ μέν σοι ἤ. πάρεστι σωφροσύνη καὶ εἶ σώφρων ἱκανῶς, οὐδὲν ἔτι σοι ἔδει . . ἐπῳδῶν.* Similiter ibidem 158 c: *πότερον . . φῂς ἱκανῶς ἤ. σωφροσύνης μετέχειν ἢ ἐνδεὴς εἶναι.* Euthyd. 277 b: *τὸ δ' ἐπίστασθαι ἄλλο τι ἢ ἔχειν ἐπιστήμην ἤ. ἐστίν*; 378 a. — Gorg. 463 d: *ὡς ἤ. εἰδότι.* Haud procul absunt: Sisyph. 388 a. Phädr. 272 a, ubi post verba: *ὅταν δὲ εἰπεῖν τε ἱκανῶς ἔχῃ κ. τ. λ.* per epanalepsim, quam vocant, Plato pergit: *ταῦτα δὲ ἤ. πάντα ἔχοντι.* — Euthyd. 277 c: *οἱ ἔχοτες ἤ. ἢ οἳ ἂν μή;* Lysis 218 a: *τοὺς ἤ. σοφοὺς* qui iam sapientes sunt. Theät. 178 e: *περὶ μὲν γὰρ τοῦ ἤ. ὄντος ἑκάστῳ ἡδέος.*[53]) — Resp. 555 c: *οὐκοῦν δῆλον ἤ. τοῦτο.* Phileb. 22 b. Soph. 263 d. — Criton 43 a: *ξυνήθης ἤ. μοί ἐστιν.*

---

[53]) Hic strictim loci, quem afferre omnino opus non erat, mentionem facio: Respubl. 490 d: *τῆς ἤ. διαβολῆς τὴν αἰτίαν ἐπισκοποῦντες.* Vocem ἤ. hic eodem modo ac ‚*νῦν, τότε, πάλαι*' alia (cf. Kühner II. 1. p. 517) usurpatam et loco adjectivi positam esse viri docti putaverunt, ita ut ‚der Begriff des Momentanen' inesset (Bernhardy, Wissensch. Syntax der Griech. Sprache' p. 323). Talis usus voculae ἤ. ille quidem nullo alio loco Platonis firmari potest, sed eius exemplum apud Demosthenem occurrit p. 664 (Reiske) v. quod Weber in edit. orat. contr. Aristocrat. Jen. 1845 p. 399 adnotat. Nunc ἤ. hoc loco spurium esse nemo negabit, quum in cod. Parisino A, a quo paene solo Rempublicam pendere nunc constat (cf. Schanz, Hermes XII p. 173 squ), id omissum sit.

Symp. 206d. Resp. 528a: *ἐν περιφορᾷ ὂν ἤ στερεὸν λαβόντες.* Theät 149b: *αἳ ἤ. ἀδύνατοι τίκτειν.* 162b: *σκληρὸν ἤ ὄντα.* Parm. 138e: *τὸ μὲν γὰρ ἄν τι αὐτοῦ ἤ. ἐν ἐκείνῳ, τὸ δὲ ἔξω εἴη ἅμα.* Si quid in aliquid pervenit, hoc partes aliquas habere necesse est. ‚Nam partim in illo iam est (in illud iam pervenit, ita ut ibi sit), partim simul extra' Paulo ante 138d in Clarkiano scriptum invenimus: *εἰ ἔν τῳ τι γίγνεται, οὐκ ἀνάγκη μήτε πω ἐν ἐκείνῳ εἶναι ἔτι ἐγγιγνόμενον, μήτ' ἔτι ἔξω ἐκείνου παντάπασιν, εἴπερ δὴ ἐγγίγνεται;* Bekker, Heindorf, Turic. Stallbaum Hermanno invito correxerunt illud *δὴ* in *ἤ.*, et id quidem opinor merito. Nam *ἤ.* hoc loco optime ponitur, quippe quod accurrate respondeat praecedenti *ἔτι* (*ἐγγιγνόμ.*) Eodem in dialogo extat 141b: *διάφορον ἕτερον ἑτέρου οὐδὲν δεῖ γίγνεσθαι ἤ. ὄντος διαφόρου, ἀλλὰ τοῦ μὲν ἤ. ὄντος ἤ. εἶναι.* hic quoque vox *ἤ.* ter eodem modo usurpata actionem a praeterito in präesens pertinentem indicat. — Legg. 629c: *ἤ. οὖν τυγχάνομεν . . ξυμφερόμενοί σοι.* 717e: *τῶν ἤ. τέλος ἐχόντων.* Simillime 740c. — Menex. 234a. Epist. 359a.

Ad eandem notionem ea exempla spectant, ubi certum tempus, quod actio a praeterito usque ad praesens emensa est, indicatur. Notatur autem nimium et magnum temporis spatium. Occurrunt haec: Protag. 317c: *πολλά γε ἔτη ἤ. εἰμὶ ἐν τῇ τέχνῃ.* Simillimam speciem praebet Euthyd. 271c: *πόλλ' ἤ. ἔτη περὶ τούσδε τοὺς τόπους διατρίβουσιν.* Apol. 31b: *ἀνέχεσθαι τῶν οἰκείων ἀμελουμένων τοσαῦτα ἤ. ἔτη* cf. Epist. 354b: *ὥστε γενεὰς τοσαύτας ἤ. μετ' εὐκλείας σώζεσθαι.* Lycurgus tam bene patriae consuluit, ut tot iam secula gloria eius vigeat. Haud procul abest Alcib. pr. 122e. — Parm 126b. Epist. ed. Herm. vol. VI. p. 69.

His addo duos locos, ubi *ἤ.* numeralibus additum indicat numerum magnum, ad quem res aliqua accrevit (cf. Klotz ad Devar. p. 603): Epist. 334c: *λόγον τὸν αὐτὸν λέγων ἤ τρίτον τρίτοις ὑμῖν.* Theät. 172d. cf. § 37, 3.

(§. 33.) 11. *ἤ.* gradationem efficit.

Quum *ἤ.* actionem progresso tempore accidentem indicet, facile intelligi potest, qui fiat, ut id ad res translatum saepius progressionem ad altiorem gradum factam designet. Latini, ut ta-

lem ad maiora adscensum significent, eodem modo dicunt ,iam,' quod sic usurpatum ,pro etiam videtur poni et attingit significationem particulae ,adeo'! cf. Hand Tursell. III. p. 137 squ. Nos utimur eadem translatione admissa voculis ,bereits, schon' et interdum sine sensus detrimento ,sogar'. cf. Hartung p. 242 squ. Bonitz in edit. Aristot. Metaphys. ad 1022 b. (p. 269).

Nonnulla exempla, quae huc spectant, in medio tamquam posita esse videntur inter temporalem et translatam illam notionem[54]) Huc refero: Resp. 579 a: *οὐκοῦν ἀναγκάζοιτο ἄν τινας ἤ. θωπεύειν αὐτῶν τῶν δούλων.* Sententiae sic cohaerent: Si quis, cui grex servorum obnoxius est, a deo aliquo cum uxore, liberis mancipiis in solitudine collocetur, nonne is formidine afficiatur, ne servi illi se ipsum et uxorem et liberos interficiant? Eorum animos ut placet, annon iam ,bereits' ,sogar' (Müller) iis blandiri cogatur? — Similiter opinor iudicandum esse de Resp. 363 d: *ποιοῦσι τὸν ἅπαντα χρόνον ἤ. διάγειν μεθύοντας.* Hartung p. 237 putat *ἤ.* hic indicare ,fortan', item Müller, quum vertit ,fortan immerdar berauscht'. Sed sententiis aptior est notio augendi. Sermo enim est de praemiis, quae ex virtute post mortem consequuntur. haec iam Homerus et Hesiodus quam maxime praedicant; magis vero etiam Musaeus et eius filius, qui eo procedunt, ut istos iam (sogar, bereits) totum tempus ebrios faciant. — Praeterea huc pertinent Axiochi dialogi tres loci inter se simillimi, ubi simul cum *ἤ.* particula *καί* gradationem efficit 370 d: *οὐκέτι γάρ μοι θανάτου δέος ἔνεστιν, ἀλλ' ἤ. καὶ πόθος.* 372 b: *τοσοῦτον γὰρ ἀποδέω τοῦ δεδοικέναι τὸν θάνατον, ὥστε ἤ. καὶ ἔρωτα αὐτοῦ ἔχειν.* statim subsequitur: *ὁ λόγος. . πέπεικε καὶ ἤ. περιφρονῶ τοῦ ζῆν.*

Eandem augendi vim exempla aliqua suppeditant, ubi vocula *ἤ.* artius cum adiectivis coniuncta est; veluti occurrit Phädr. 258 d: *τοῦτο μὲν ἄρα παντὶ δῆλον, ὅτι οὐκ αἰσχρὸν αὐτό γε τὸ γράφειν λόγους. ἀλλ' ἐκεῖνο οἶμαι αἰσχρὸν ἤ., τὸ μὴ καλῶς λέγειν τε καὶ γράφειν, ἀλλ' αἰσχρῶς τε καὶ κακῶς.* Vertere quidem possumus ,sogar', sed notionem efferendi, qua ad maius ascenditur, inesse in his verbis apparet. — Phädrus 260 c: *παγ-*

---

[54]) qua propter iam in antecedentibus capitibus huius modi exempla dispersim allata esse nemo mirabitur.

γέλοιόν γ' ἂν ἤ. εἴη. Jam in praecedentibus, postquam Socrates absurdi aliquid protulit, Phädrus ait 260b: *γελοῖόν γ' ἂν εἴη*, nunc vero, quum primum idem etiam insulsius pronuntiavit, iam perridiculum id dicit. Müller reddit ‚das wäre vollends ganz lächerlich,' Lehrs ‚das wäre nun gar lächerlich'.[55]) — Magis ad totam sententiam *ἤ.* spectat Resp. 445a, qui locus antecedentis simillimus est: *ἀλλ' . . γελοῖον ἔμοιγε φαίνεται τὸ σκέμμα γίγνεσθαι ἤ.* (nunmehr). — Resp. 436a: *καὶ οὐδὲν χαλεπὸν γνῶναι*, ad quae verba simulac Glauco respondit: *οὐ δῆτα*, Socrates pergit: *τόδε δὲ ἤ. χαλεπόν, εἰ.* Proxime accedit Soph. 259c: *τοῦτο μὲν γὰρ οὔτε τι κομψὸν οὔτε χαλεπὸν εὑρεῖν, ἐκεῖνο δ' ἤ. καὶ χαλεπὸν ἅμα καὶ καλόν.* Similiter Legg. 897d: *τίνα οὖν δὴ νοῦ κίνησις φύσιν ἔχει; τοῦτο ἤ. χαλεπὸν ἐρώτημα ἀποκρινόμενον εἰπεῖν ἐμφρόνως.* Quamvis cognatam speciem praebeat Euthyd. 287a: *τοῦτό ἐστιν ἤ. τὸ φορτικὸν ἐρώτημα*, tamen *ἤ.* hic non tam vim augendi, quam conectendi habere mihi videtur. Postquam enim Socrates 286e praedixit: *ἴσως μὲν οὖν φορτικώτερόν τι ἐρήσομαι*, iam (jetzt nun, nunmehr) hoc modo interrogat. — Luculentissime *ἤ.* significationem augendi praebet, quum comparativis adiunctum est. Notatur autem per *ἤ.* sic usurpatum maiore cum vi altior gradus. Eandem vim induit latinum ‚iam' (cf. Hand Tursell. III. p. 129) fere idem atque ‚etiam' designans, nos dicimus ‚schon, bereits' et interdum ‚noch'. Huc spectat Resp. 348e: *τοῦτο ἤ. στερεώτερον καὶ οὐκέτι ῥᾴδιον ἔχειν ὅ τί τις εἴπῃ.* Jam, quod in antecedentibus Thrasymachus de iustitia et iniustitia protulerat, durum videbatur, illud vero, quod dicit illam cum malitia et nescitia, hanc cum virtute et sapientia coniunctam esse, iam (etiam) *στερεώτερον* est. — Progressio quidem, sed non adscensus ad maiora, contra quodam modo descensus ad minora exprimitur Soph. 261c: *τό τοι μέγιστον ἡμῖν τεῖχος ᾑρημένον ἂν εἴη, τὰ δ' ἄλλα ἤ· ῥᾴω καὶ σμικρότερα.* A Marsilio haec verba sic translata sunt: ‚reliqua post hac minora levioraque supersunt'. Relatum igitur est *ἤ.* non ad *ῥᾴω*, sed ad *ἄλλα*, quod propter oppositionem, quae intercedit inter *ῥᾴω* et *μέγιστον*, minus apte fieri videtur.

---

[55]) hunc locum ad Xenoph. Comment II. 1. 14, ubi *ἤ.* simili notione usurpatum est, laudat Kühner.

(§ 34.) 12.

Postremo vocula ἤ. interdum locum habet in quadam concludendi forma. Sententiae autem sic constitutae sunt, ut pro certo constet rem aliquam sive personam qualitate quadam carere. deinde contenditur eandem rem (personam) alius quoque qualitatis participem non esse. id enim si fiat hanc etiam prioris qualitatis iam (ἤ.) compotem esse. Vertere possumus ,damit bereits, sogleich, sofort'. Quum oratio tam certo modo procedat, fit, ut exempla, quae huc pertinent, omnia speciem simillimam praebeant. Ac primum enuntiatio negativa praemittitur, deinde verba ipsa, in quibus ἤ. invenitur, particula causali (praeter unum locum, ubi ὅτι extat, γάρ occurrit) antecedentibus adnexa sunt. Porro omnes loci ἄν cum optativo (semel eius partes infinitivus suscepit) praebent. Exempla sunt haece: Euthyd. 284 c: *οὐκ ἄρα τά γε μὴ ὄντ', ἔφη, λέγει οὐδείς. ποιοῖ γὰρ ἂν ἤ. τί.* Thaet. 153 e: *μηδέ τιν' αὐτῷ (χρώματι λευκῷ) χώραν ἀποτάξῃς. ἤ. γὰρ ἂν εἴη τε ὄν που ἐν τάξει κ. τ. λ.* 202 a: *προσειπεῖν δὲ οὐδὲν ἄλλο δυνατόν, οὔθ' ὡς ἔστιν. . ἤ. γὰρ ἂν οὐσίαν ἢ μὴ οὐσίαν αὐτῷ προστίθεσθαι.* — Sophist. 239 a in Bodleiano extat: *φαμὲν δέ γε δεῖν. . μηδὲ τὸ παράπαν αὐτὸ καλεῖν· ἑνὸς γὰρ εἴδει καὶ κατὰ ταύτην ἂν τὴν πρόσρησιν προσαγορεύοιτο.* Hunc locum corruptum esse inter viros doctos convenit atque omnes fere[56]) *εἴδει*, quippe in quo vitium inesse in aperto esset, in ἤ. mutaverunt; praeterea a plerisque verbum *ἑνός* temptatum est. Concedendum sane est ἤ. nexui sententiarum accommodatissimum esse. Neque tamen puto a quoquam, utut coniectura ἤ. probata verba constituta sunt, huc usque veram scripturam inventam esse. Scrupulum enim mihi movet positio particulae *ἄν*. velim autem scriptum esse aut. . *γὰρ ἂν ἤ.* aut *ἤ. γὰρ ἄν* (orationem incipiens). cf. cetera exempla et § 11. Praeterea non nisi raro ἤ. in tali forma orationis occurrit, nempe in Sophist. (praeter hunc locum) nunquam, in Euthyd. semel, in Theaet. bis, in Parmenide sexies. — Parm. 137 d: *οὐκοῦν εἰ μηδὲν ἔχει μέρος, οὔτ' ἂν ἀρχὴν οὔτε τελευτὴν οὔτε μέσον ἔχοι· μέρη γὰρ ἂν ἤ. αὐτοῦ τὰ τοιαῦτα εἴη.* 139 a.: *οὐδ' ἄρα ποτὲ ἐν τῷ αὐτῷ*

---

[56]) Winckelmann patrocinatus voci *εἴδει* scribit *ἐν ἑνὸς γὰρ εἴδει.*

ἐστίν. Τί δή; ὅτι ἤ. ἂν ἐν ἐκείνῳ εἴη. 141 e. Oratio aliquantalum aliter constituta est 161 c: *καὶ μὴν οὐδ' αὖ ἴσον ἐστὶ τοῖς ἄλλοις· εἰ γὰρ εἴη ἴσον, εἴη τε ἂν ἤ. καὶ ὅμοιον.* — 163 e: *οὐδ' ἄρ' ἀλλοιοῦται οὐδαμῇ· ἤ. γὰρ ἂν γίγνοιτο.* 164 a. — Cum his comparari potest, quamquam ἤ. alio modo usurpatur Sisyph. 390 e: *εἰ γὰρ εἴη, οὐκ ἂν ἔτι δή που μέλλοι ἔσεσθαι, ἀλλ' εἴη ἂν ἤ.* (jetzt in der Gegenwart).

II.

(§ 35.) *ἤ.* in apodosi positum.

Notio, quam ἤ. in apodosi collocatum praebet, saepius a vulgari nullo modo recedit, quare haud pauci loci, qui huc spectant, iam supra allati sunt. praeterea cf. Cratyl. 422 b. Resp. 524 e.

Ab hac frequentata significatione eam, quam ἤ. in apodosi occurrens plerumque exhibet, profectam esse in aperto est. Indicat autem ἤ., ut latinum ‚iam' (cf. Hand l. l. p. 113) rem aliquam, si (quum) aliquid accidit, statim evenire. In verbis, quibus protasis continetur, quasi occulte id, quod apodosis in medium profert, iam inest. Nos dicimus ‚gleich, sofort, ohne Weiteres', saepius etiam simpliciter ‚dann'. cf. Klotz ad Dev. p. 601. Hartung l. l. p. 242.

Ac primum quidem ennutiatio temporalis (causalis) praecurrit his locis: Parm. 151 a: *ἐπειδὴ δὲ οὐδὲν ἕτερόν ἐστι. ., οὐκ ἀνάγκη ἤ. ἐν ἀλλήλοις.* Simillime 158 b, ubi Stephanus perperam *δή* scripsit. Item prope accedit 158 d: *ἐπειδάν . . , πέρας ἤ. ἔχει . .* Minos 314 e: *ἐπειδὴ . . , ἆρα οὐκ ἤ. τοῦτο κατάδηλον;* — Sisyph. 387 a: *ἐπεὶ σὲ οὐκέτι ᾠόμεθα παρέσεσθαι, αὐτοὶ ἤ. ἠκροώμεθα τἀνδρός*, iam eo progressi sumus, ut. — Restant septem loci, ubi ἤ. ad *νῦν* aut *τότε* accedit, de quibus v. § 37, 3. § 38, 2.

Enuntiatum condicionale aut relativum praemittitur: Parm. 146 c: *εἰ . . , οὐκ ἀνάγκη — ἤ.* cf. supra. Quocum apte conferas Legg. 669 a: *εἰ γιγνώσκοιμεν . . , ἆρά γε ἀναγκαῖον ἤ.* — Parm 147 a: *εἰ . . , οὐ πάντῃ ἤ. ἂν ἐκφεύγοι* (cf. § 11). de Parm. 161 c et Sisyph. 390 e cf. § 34. Cratyl 424 a: *εἰ ἄρα τοῦτο ἀληθές, ἤ ἔοικεν ἐπισκεπτέον. ἤ.* usitatam notionem

,nunmehr' habet. — Tempus futurum (cf. § 21) in apodosi praebent: Apol. 29c: *εἰ διαφευξοίμην, ἤ. ἂν ὑμῶν οἱ υἱεῖς . . διαφθαρήσονται*, ubi vix quidquam aliud nisi simplex ,dann' pro *ἤ.* substituere poteris. Euthyd. 294c: *ἐὰν εἴπητον . . , ἤ. πεισόμεθα.* 305d. Resp. 609b: *ἐὰν ἄρα τι εὑρίσκωμεν . . , οὐκ ἤ. εἰσόμεθα.* Idem futurum *εἴσεσθαι* occurrit Gorg. 486d: *εἴ μοι ὁμολογήσειεν ἐκείνη (λίθος) . . , εὖ εἴσεσθαι.* Stephanus et Bekker ante *εὖ* in textum receperunt *ἤ.*, quod sane nexui sententiarum aptissimum est, sed quum in B haec vox omissa sit atque, si ea deest, nihil requiratur, ea subditicia esse putanda est. — Gorg. 489a: *ἵν'. ἐάν μοι ὁμολογήσῃς, βεβαιώσωμαι* (notionem futuri habet) *ἤ. παρὰ σοῦ.* Ad hoc exemplum prope accedunt: Resp. 434d. Gorg. 487e: *ἐάν τι . . ὁμολογήσῃς μοὶ βεβασανισμένον τοῦτ' ἤ. ἔσται ἱκανῶς.* — Parm. 129c: *εἰ . . ἀποδείξει . . , τοῦτο ἤ. θαυμάσομαι.* — Item *τοῦτο* (*ταῦτα*) ad praecedentem notionem pertinens in apodosi extat: Gorg. 486e: *ἄν μοι σὺ ὁμολογήσῃς . . , ταῦτ' ἤ. ἐστὶν αὐτα, τἀληθῆ*[57]) cf. supra similia exempla. Hippias min. 376c. Similiter Criton 51e. — Euthyphr. 3e: *εἰ δὲ σπουδάσονται, τοῦτ' ἤ. ὅπῃ ἀποβήσεται ἄδηλον.* hic quaenam sit vocabuli *ἤ.* notio, non tam ex eo diiudicandum est, quod in apodosi *ἤ.* locum habet, sed, quod verba opposita sunt antecedentibus: *εἰ . . μέλλοιέν μου καταγελᾶν . . , οὐδὲν ἂν εἴη ἀηδὲς παίζοντας*; unde opinor effici, ut *ἤ.* gradationem quandam exprimere existimandum sit cf. § 33. Eodem modo puto iudicandum esse de Gorg. 485d: *ὅταν δὲ δὴ πρεσβύτερον ἴδω ἔτι φιλοσοφοῦντα . . , πληγῶν μοι δοκεῖ ἤ. δεῖσθαι.* sententiae sic procedunt: quum adulescentem in philosophia versatum animadverto, delector eumque laudo, quum vero grandiorem natu philosophantem video, illum puto iam (sogar, bereits) verberibus dignum esse. — Menon 85e: *εἰ δὲ μὴ ἐν τῷ νῦν βίῳ λαβών, οὐκ ἤ. τοῦτο δῆλον, ὅτι.* sic puto certa coniectura verba restituta esse ab recentioribus editoribus; *ᾔδει*, quod Bodleianus praebet, frustra a Buttmanno contorta ratiocinatione defensum est. cf. simillimos locos § 25 in.

---

[57]) cf. Gorg. 487e: *τῷ ὄντι οὖν ἡ ἐμὴ καὶ σὴ ὁμολογία τέλος ἤ. ἕξει τῆς ἀληθείας.*

Undecies *τότ' ἤ.* (semper primum locum obtinet excepto uno Legg. 850 a), singulis locis *νῦν ἤ., οὕτως ἤ, τὸ μετὰ τοῦτο ἤ, ἤ. τὸ λοιπόν* in apodosi collocata sunt, quae exempla infra, ubi de his locutionibus agam, enarrabo.

III.

(§ 36). de ἤ. participium excipiente.

Locorum, qui huc spectant, quum saepius participium antecedens prorsus nihil ad notionem particulae *ἤ.* valeat, alios iam in prioribus capitibus attuli, alios infra exhibebo. Exempla, quae hic enarrabo, plerumque haud diversa sunt ab illis, ubi *ἤ.* in apodosi collocatum est. Eandem enim notionem, quae in sententiis condicionalibus sive temporalibus inest, participio exprimi posse vix commemorare opus est. Indicat igitur *ἤ.* post participium positum, si (quum) aliquid accidit, simul cum eo iam fieri aliud aliquid; veluti legitur Charm. 157 a: (*σωφροσύνης*) *ἐγγενομένης καὶ παρούσης ῥᾴδιον ἤ. εἶναι τὴν ὑγίειαν . . πορίζειν.* Caput et reliquum corpus facile sanari posse ex eo quasi consequitur, quod temporantia adest. Phädrus 254 e: *ὅταν δὲ ταὐτὸν πολλάκις πάσχων ὁ πονηρὸς τῆς ὕβρεως λήξῃ, ταπεινωθεὶς ἕπεται ἤ. τῇ . . προνοίᾳ.* Müller quum reddit ‚dann gehorcht es bereits gedemüthtigt, *ἤ.* cum *ταπεινωθείς* coniungit, cui rationi collocatio verborum repugnat. Lehrs vertit ‚folgt es nun endlich gedemüthigt‘ (cf. § 27). Sic *ἤ.* ad totam sententiam relatum est, ita ut ad notionem eam spectet, quod supra § 35 diximus. Equidem opinor etiam eam rationem, quam positio verborum commendat, admitti posse, ut *ἤ.* referatur ad praecedens *ταπεινωθείς.* sic autem sententiae procedunt: da es gedemüthigt ist, folgt es (damit) bereits. — Theät. 190 a: *ὅταν δὲ ὁρίσασα, εἴτε βραδύτερον εἴτε καὶ ὀξύτερον ἐπαΐξασα, τὸ αὐτὸ ἤ. φῇ.* Legg. 772 c: *τότε δὲ ἀκίνητα θεμένους ἤ. χρῆσθαι μετὰ τῶν ἄλλων νόμων.* deinde, postquam has leges ratas et firmas reddiderunt, iam iis utantur. Cuius loci ad exemplar scriptum esse videtur Legg. 846 c: *τότε δὲ ἀκίνητα ποιησάμενοι ζώντων τούτοις ἤ. χρώμενοι μέτρον ἔχουσι.* — Epist. 341 d: *οἷον ἀπὸ πυρὸς πηδήσαντος ἐξαφθὲν φῶς ἐν τῇ ψυχῇ γενόμενον αὐτὸ ἑαυτὸ ἤ. τρέφει,* quum in animo natum est, se ipsum iam alit. praeterea cf. Resp. 540 a. Timäus

73 d. Theät. 181 d. Alcyon extr. — Epist. 330 d: *χρὴ πρῶτον μὲν αὐτὸν μεταβάλλειν τὸν βίον καὶ ἐθέλοντι μὲν πείθεσθαι καὶ τἆλλα ἤ. παραινεῖν. ἤ.* indicat tum demum, postquam aliud accidit, aliquid fieri debere. Schlosser l. l. p. 139 vertit: (Der ist ein rechter Arzt, der dem Kranken) ‚vor allen Dingen riethe, eine bessere (Diät) anzunehmen u. der erst dann, wenn der Patient ihm folgte, ihm etwas verschriebe‘. cf. § 28

οὕτως ἤ. participio postpositum est quater, *τότ' ἤ* septies, *τὸ λοιπὸν ἤ.* ter, *μετὰ τοῦτο ἤ.* bis, de quibus v. §§ 39, 38, 43, 42.

IV.

ἤ. particulis adiunctum.

(§ 37). 1. *νῦν ἤ.*

Particulae *νῦν* et *ἤ.*, ubi consociatae occurrunt, fere semper ita usurpatae sunt, ut suam quaeque notionem exhibeat. Illa autem tempus praesens per se cum vi quadam notat, haec vero id indicat magis respectu alius temporis. Quum igitur altera iuxta alteram ponitur, tempus praesens maiore cum vi denotatum ad aliud tempus refertur. Latini dicunt ‚iam nunc‘ vel ‚nunc iam‘, nos „jetzt schon, jetzt bereits‘ et similia. — Exempla, quorum notio nihil difficultatis praebet, sic afferam, ut particularum *ἤ.* et *νῦν* positionem respiciam.

1. Ac primum *ἤ.* vocem *νῦν* statim sequitur (media oratione): Phaedon 115 a. Phädr. 228 c. cf. § 29. Resp. 580 b: *ἴθι δή μοι νῦν ἤ., ὥσπερ ὁ διὰ πάντων κριτὴς ἀποφαίνεται, καὶ σὺ οὕτω.* v. edd. 612 b: *ἆρ' οὖν νῦν ἤ. ἀνεπίφθονόν ἐστι.* Phileb. 64 c: *νῦν ἤ. . . ἐφεστάναι.* 67 b: *ἀληθέστατα εἰρῆσθαί σοι νῦν ἤ. φαμὲν ἅπαντες.* locutione *νῦν ἤ.* maiore vi tempus praesens notatum est, quam sola voce *ἤ.*, quam nemo negabit hic scribi sine magna notionis mutatione potuisse. *νῦν ἤ.* autem spectat ad *φαμέν.* Contra simili loco Legg 903 a: *δοκοῦμεν δέ μοι νῦν ἤ. καὶ μάλα μετρίως διειλέχθαι* iuncturam *νῦν ἤ.* cum infinitivo iungere malim. — Soph. 231 c: *ἀλλά τοι κἀκεῖνον ἡγεῖσθαι χρὴ νῦν ἤ. σφόδρα ἀπορεῖν.* Sisyph. 389 b: *οὐκοῦν σκεπτέον ἡμῖν ἐστὶ νῦν ἤ.* Tim. 92 b. Cui cognatum est Legg. 834 d: *ἀγωνία δὴ νῦν ἤ. καὶ μάθησις . . πάντως ἤ. πέρας ἔχει,* qui locus propter *ἤ.* repetitum notabilis est.

2. Particula inter *νῦν* et *ἤ.* interposita est: *οὖν*: Legg. 824 b: *νῦν οὖν ἤ. πάντα χρὴ φάναι τέλος ἔχειν*, qui locus proxime ad eos, quos modo attuli, accedit; *δέ:* Polit. 294 a. Menex. 249 c: *νῦν δὲ ἤ. ὑμεῖς τε καὶ οἱ ἄλλοι . . ἄπιτε.*

3. Aliud verbum intercedit: Phileb. 30 e: *ἔχεις γὰρ δήπου νῦν ἡμῶν ἤ. τὴν ἀπόκρισιν.* Theät. 172 d: *ἡμεῖς νυνὶ τρίτον ἤ. λόγον ἐκ λόγου μεταλαμβάνομεν*, ubi *ἤ.* artius cum *τρίτον* coniungendum est cf. § 32 extr. Huc spectat etiam is singularis locus, ubi *νῦν ἤ.* in apodosi occurrit: Soph. 250 e: *ἐπειδὴ . . μετειλήφατον, νῦν ἐλπὶς ἤ.* Relinquitur Polit. 274 b: *οὗ δὲ ἕνεκα ὁ λόγος ὥρμηκε πᾶς, ἐπ' αὐτῷ νῦν ἐσμὲν ἤ.*, quocum apte contendi potest locus statim enarrandus.

4. plura verba intericiuntur: Legg. 842 b: *ἀλλὰ μὴν νῦν γε προϊόντες ἤ. σχεδόν ἐσμεν ἐν τῷ κατεσκευάσθαι.* Legg. 646 e: *τοῦτ' αὐτὸ δὴ νῦν, ὡς ἔοιχ', ἡμῖν ἤ. πειρατέον.* Protag. 361 e v. p. 29 in., ubi exempla docent aut *νῦν* aut *ἤ.* sine ullo notionis detrimento omitti potuisse. — Phädrus 277 a: *νῦν δὴ ἐκεῖνα ἤ. δυνάμεθα κρίνειν.* Soph. 235 a: *νῦν ἡμέτερον ἔργον ἤ. τὸν θῆρα μηκέτ' ἀνεῖναι.* cf. § 23. Menon 84 a: *νῦν δὲ ἡγεῖται ἀπορεῖν ἤ*; *νῦν* puto referendum esse ad *ἡγεῖται*, propterea quod id, quod servus antea putabat, opponitur ei, quod nunc putat; *ἤ.* autem ad *ἀπορεῖν* spectare iam positio verborum demonstrat. — Contra has particulas, quamquam inter se distant, ad eandem notionem pertinere neminem fugiet Charm. 154 b: *οὐ γάρ τι φαῦλος οὐδὲ τότε ἦν ἔτι παῖς ὤν, νῦν δ' οἶμαί που εὖ μάλα ἂν ἤ. μειράκιον εἴη.* — Hippias maior 301 e: *οὕτως εὐηθικῶς εἴχομεν· νῦν δὲ παρὰ σοῦ ἤ. ἀνεδιδάχθημεν.* cf. Cratyl. 391 a. *νῦν* adversativae particulae partes suscipit (Devar. p. 142. Kühner II. 2. p. 672, 2) Resp. 329 b. — Restat Legg. 968 a: *ὁρᾶν δὴ χρεὼν νῦν, ὦ Κλεινία καὶ Μέγιλλε, ἤ. πρὸς τοῖς εἰρημένοις νόμοις . . εἰ . . προσοίσομεν. ἤ.*, si quid video, non nisi cum praecedentibus coniungi potest; de collocatione v. Legg. 891 e. (cf. adn. 15).

Dignum mihi videtur esse, quod expressis verbis hic notetur in dialogis Platonicis voculam *ἤ.* particulae *νῦν* numquam praemissam esse; apud alios scriptores Hartungio et Kühnero testibus hae voces sic collocatae interdum occurrunt.

(§ 38). 2. *τότε* cum *ἤ.* iunctum.[58])

Ut in formula *νῦν ἤ.*, sic etiam in *τότ' ἤ.* omnibus locis utriusque particulae natura et vis manifesto apparet.

1. Primum *τότ' ἤ.* accurate respondet nostro dann, damals bereits vel schon. quae significatio clare cernitur his locis: Phädrus 254e: *ὥστε ξυμβαίνει τότ' ἤ. τὴν τοῦ ἐραστοῦ ψυχὴν .. ἕπεσθαι*; utrum *τότ' ἤ.* ad *ξυμβαίνει* (Müller) an ad *ἕπεσθαι* (in Bekker. ed.) referas, parvi interest. Resp. 417b: *θέοντες ἤ. τότε ἐγγύτατα ὀλέθρου αὐτοί τε καὶ ἡ ἄλλη πόλις.* Si custodes domos aut agros aut pecunias possidebunt, civibus intensi fient et civitas in talem condicionem veniet, ut custodes ipsi et cetera civitas ad perniciem redigantur. — Resp. 569b: *γνώσεται.. τότ' ἤ. ὁ δῆμος.* Soph. 262d. Polit. 273d. Parm. 152c: *οὐ γίγνεται ἀλλ' ἔστι τότ' ἤ. πρεσβύτερον*; Legg. 682c: *πόλεις τότε κατῴκουν ἤ. πολλαί.* de Legg. 772c et 846c cf. § 36. Epist. 345d: *ἦν γὰρ θέρος ἤ. τότε καὶ ἔκπλοι τῶν νεῶν.* Critias 112d: *πλῆθος . . τὸ δυνατὸν πολεμεῖν, ἤ. καὶ τότε περὶ δύο μάλιστα ὄντες μυριάδας.* Locum sic scripsi, ut Hermanus (vol. IV. praef. p. XXX.) eum constituere vult. Cui quamvis adsentiri dubitem, tamen adhuc 'nihil praestantius prolatum esse puto. Quod Parisinus A praebet: *καὶ τότε ἔτι*, teneri vix potest. cf. edd — *ἤ. καὶ τότε* praeterea occurrit: Polit. 263e: *διήρητο τοίνυν ἤ. καὶ τότε ξύμπαν τὸ ζῷον, τότε* significat antea. cf. Stallb.

2. *τότ' ἤ.* saepius in apodosi invenitur. Exempla, quae fere eandem significationem atque ea, quae modo attuli, praebent, sunt haec: Protag 351e: *ἐὰν . . φαίνηται . . , συγχωρησόμεθα· εἰ δὲ μή, τότε ἤ.*[59]) *ἀμφισβητήσομεν.* locus omni ex parte simillimus occurrit Theag. 131a: *ἐὰν μὲν (τὸ δαιμόνιον) παρείκῃ ἡμῖν, ταῦτα βέλτιστα· εἰ δὲ μή, τότε ἤ. παραχρῆμα βουλευσόμεθα.* hoc exemplum memorabile est, quod *παραχρῆμα* ad *ἤ.* accedit. Laches 184a: *ἐπειδὴ . . ἀφίεται τοῦ δόρατος,*

---

[58]) praeter libros saepius allatos cf. J. Strange in ,Neue Jahrbücher für Philologie u. Pädag'. 3. Supplem. Lps. 1834 p. 603.

[59]) hic commemoro locos XXI. vocem *ἤ.* statim particulae *τότε* postpositam exhibere. quorum quindecim praebent *τότ' ἤ.* (litera *ε* vocis *τότε* per apostrophum absumpta), sex *τότε ἤ.*, si quidem editioni Hermanni, de quo non dubito (cf. Schanz. N. C. p. 1), fides tribui potest.

τότ' ἤ. καὶ οἳ . . οὐκέτι οἷοί τ' ἦσαν. Critias 121 b: ἐπεὶ . ., τότε ἤ.. protasis a voce ὅταν orditur: Phädrus 255 c Resp. 498 c. Timäus 44 b. — Resp. 565 c: ἐπειδὰν ὁρῶσι . ., τότ' ἤ. Legg. 850 a: τὸ δὲ ὠνηθὲν ἤ. πραθὲν ὅσῳ πλέον ἂν ᾖ. ., ἀναγραφήτω τότ' ἤ.[60]) Restant duo loci, ubi protasis pendet ex particula ἐάν: Theät. 191 a: ἀλλ' ἐὰν εὕρωμεν . ., τότ' ἤ. Alterum locum statim suppeditabo.

3. τότ' ἤ. significat aliquid expectatum fuisse idemque sero evenire demum post aliam rem. Nos dicimus ‚dann erst', Latini ‚tum demum'. cf. § 28. Interdum exempla ita comparata sunt, ut prorsus ex arbitrio interpretis pendeat, utrum hanc notionem an eam, quam modo illustravi, iis assignet. Significationem ‚dann erst' inesse puto in his: Laches 181 d: ἐὰν δ' ἔχω τι ἄλλο παρὰ τὰ ὑπὸ τούτων λεγόμενα, τότ' ἤ. διδάσκειν καὶ πείθειν καὶ σὲ.. scil δικαιότατον δοκεῖ. Sententiae sic cohaerent: decet me, quippe qui minor natu et imperitior his sim, antea audire, quid ii dicant, quum vero aliquid habebo, quod contra eos disputem, tum demum id proferre. — τότ' ἤ. participium excipit: Gorg. 527 d: κἄπειτα οὕτω κοινῇ ἀσκήσαντες, τότε ἤ. . . ἐπιθησόμεθα τοῖς πολιτικοῖς, ἢ ὁποῖον ἄν τι ἡμῖν δοκῇ, τότε βουλευσόμεθα. qui locus memorabilis mihi videtur esse et quod κἄπειτα praemissum est et quod solum τότε sequitur. — Phädon 87 e. Theät. 157 d: ἐξαχθέντος δὲ τότ' ἤ. σκέψομαι. Recte vertit Müller ‚Ist es gesehen, dann erst'. Huic addo locum, qui simillimam speciem exhibet: Legg. 746 c: γενομένου δὲ τούτου, τότ' ἤ. κοινῇ μετ' ἐκείνου σκοπεῖν, hic locutio τότ' ἤ. respondet nostro ‚dann bereits'. — Theät. 165 e: χειρωσάμενός τε καὶ ξυνδήσας ἤ. ἂν τότε (tum demum) ἐλύτρου. Legg. 778 c. 960 b.

Restat Phileb. 16 e: τότε δ' ἤ. τὸ ἓν ἕκαστον .. χαίρειν ἐᾶν ‚dann erst dürfe man . . anheim geben'. frustra, ut Stallb. mihi demonstrasse videtur, Turicenses τότε δὴ δεῖ, quod in Bodleiano legitur, tueri conati sunt.

Jam pauca de collocatione particularum ἤ. et τότε addo. Longe plurimis locis (viginti duobus, si iis annumeras Phileb. 16 e)

---

[60]) cf. § 35 extr.

occurrit τότ' ἤ., solum ter ἤ. τότε: Resp. 417 b. Legg. 778 c. Epist. 345 d.[61]) Ab his tribus exemplis haud multum distat Theät. 165 e: ἤ. ἂν τότε cf. § 11. praeter hunc locum τότε ab ἤ. separatum est sexies et primum quidem τότε priorem locum obtinet: Legg. 682 c. 772 c. 846 c. ordo inversus est: Critias 112 d: ἤ. καὶ τότε (verba non satis certo modo constant). Politic. 263 e: ἤ. καὶ τότε. Soph. 262 d: ἤ. που τότε.

Hoc loco apte notari potest semel particulam τηνικαῦτα, quae voci τότε cognata est, inveniri cum ἤ. iunctam: Alcib. sec. 150 e: οὕτω καὶ σοὶ δεῖν ἀπὸ τῆς ψυχῆς πρῶτον τὴν ἀχλὺν ἀφελόντα .., τὸ τηνικαῦτ' ἤ. προσφέρειν. Haec locutio hic respondet germanico ‚dann erst'. In editione Turic. comparatur Sophocl. Oedip. Colo. 440, ubi τοτηνίκ' ἤ. in apodosi extat. praeterea cf. Aristoph. Eccles. 789.

(§ 39). 3. ἤ. ad οὕτως adiungitur.

1. οὕτως ἤ., quod decies mihi occurrit, primum notionem ‚so bereits' exhibet: Resp. 605 b: καὶ οὕτως ἤ. ἂν ἐν δίκῃ οὐ παραδεχοίμεθα εἰς . . πόλιν. Plato dicit de poetis, qui turbulentum et sibi non constans ἦθος imitatione exprimunt. hos, quippe qui commotionem animi excitent, vituperandos esse et sic (ideo) eorum iam ‚Musam in civitatem non recipiendam esse' Locus, qui quidem simillime comparatus est, sed voces οὕτως et ἤ. particula ἄν (cf. § 11) seiunctas praebet, extat Parmen. 145 c: εἰ ἄρα πάντα τὰ μέρη ἐν ὅλῳ τυγχάνει ὄντα . . , ὑπὸ τοῦ ἑνὸς ἂν περιέχοιτο τὸ ἓν καὶ οὕτως ἂν ἤ. . . εἴη. — Timäus 36 b: οὕτως ἤ. πᾶν ἀνηλώκει. item vox πᾶν, sed ante οὕτως ἤ posita extat Politi. 261 c: καὶ πᾶν οὕτως ἤ. διαιρήσεται δίχα. — Hic quoque affero Phädon 61 d: καὶ ἅμα λέγων ταῦτα καθῆκε τὰ σκέλη ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ καθεζόμενος οὕτως ἤ. τὰ λοιπὰ διελέγετο. Recte Georgii (in versione Stuttgart. 1855 p. 427) reddidisse mihi videtur ‚er liess die Beine auf den Boden herab, und so sitzend, führte er nun die weitere Unterredung.' Quamquam enim collocatio verborum postulare videtur, ut οὕτως et ἤ. artius cohaereant, sententiae iubent οὕτως

[61]) cf. quod Kühner in ed. Xenoph. Comment. II. 97 adnotat.

ad *καθεζόμενος*, *ἤ.* ad insequentia verba referri. Namque quoniam iam antea Socrates consedisse (*καθῆκε τὰ σκέλη ἐπὶ τὴν γῆν*) dicitur, exspectatur, ut vox aliqua ad *καθεζόμενος*, quae eius notionem magis definiat, addatur. ceterum cf. § 5.

2. *οὕτως ἤ.* respondet simpliciter nostro ‚dann'. eandem igitur notionem, quam saepius *τότ' ἤ.* induit, praebet. Huc refero Phaedon 86e: *ἀκούσαντας ἢ ξυγχωρεῖν αὐτοῖς, ἐάν τι δοκῶσι προσᾴδειν, ἐὰν δὲ μή, οὕτως ἤ. ὑπερδικεῖν τοῦ λόγου.* Ab hoc usu saepius non satis certo modo seiungi potest is, de quo nunc dicam.

3. *οὕτως ἤ.* aeque ac *τότ' ἤ.* indicat ‚dann erst'. Exempla sunt: Cratyl. 424c: *οἱ ἐπιχειροῦντες τοῖς ῥυθμοῖς τῶν στοιχείων πρῶτον τὰς δυνάμεις διείλοντο* (*διείλ.* est *διελέσθαι εἰώθασι* Heindorf), *ἔπειτα τῶν συλλαβῶν καὶ οὕτως ἤ.* (dann erst) *ἔρχονται . . , πρότερον δ' οὔ.* — Ceteris locis formula *οὕτως ἤ.* participium excipit: Symp. 194d: *ἀποδοὺς οὖν ἑκάτερος τῷ θεῷ οὕτως ἤ.* (‚nach Erfüllung dieser Bedingung' Rettig) *διαλεγέσθω.* Haud impar est ibidem 199c: *πάρες μοι Ἀγάθωνα σμίκρ' ἄττα ἐρέσθαι, ἵνα ἀνομολογησάμενος παρ' αὐτοῦ οὕτως ἤ. λέγω* (Lehrs p. 111: ‚damit ich mich erst seiner Zustimmung versichere, eh' ich rede'). Denique Resp. 443e: *σώφρονα καὶ ἡρμοσμένον οὕτω δὴ πράττειν ἤ., ἐάν τι πράττῃ*, qui locus notabilis est et propter *δή* una cum *ἤ.* voci *οὕτως* adiunctum et propter collocationem adverbii *οὕτως*. cf. supra Parm. 145c.

(§ 40). 4. *ἐνταῦθα* voculae *ἤ.* accedit.

Exempla, quae huc pertinent, nihil difficultatis habent, quum ubique utriusque vocis vis clare eluceat. Ac primum *ἤ. ἐνταῦθα* scriptum inveni: Apolog. 39c: *καὶ γάρ εἰμι ἤ. ἐνταῦθα, ἐν ᾧ μάλιστ' ἄνθρωποι χρησμῳδοῦσιν.* Anterast. 134a. — ordo inversus est Resp. 328e. 505d: *ἀγαθὰ δὲ οὐδενὶ ἔτι ἀρκεῖ τὰ δοκοῦντα κτᾶσθαι, ἀλλὰ τὰ ὄντα ζητοῦσι, τὴν δὲ δόξαν ἐνταῦθα ἤ. πᾶς ἀτιμάζει.* Restant duo loci, ubi *ἤ.* ab *ἐνταῦθα* separatum est: Charm. 155c: *ἐνταῦθα μέντοι ἐγὼ ἤ. ἠπόρουν.* Cratyl. 386a: *ἤ. ποτὲ ἔγωγε ἀπορῶν καὶ ἐνταῦθα ἐξηνέχθην* cf. § 44.

(§ 41). 5. ἤ. ad ἐντεῦθεν se applicat.

Praemonere velim omnia (6) exempla vocem ἐντεῦθεν articulo praefixam praebere atque ubique praeter unum locum ἤ. statim post ἐντεῦθεν collocatum esse. Notiones autem, quales utriusque voculae propriae sunt, etiam in hac formula apparent, ita ut verti ea queat: von hier, seitdem, danach bereits. Latini eodem modo usurpant ‚iam inde' (Hand l. l. p. 370). Huc spectant: Timäus 77e: τὸ δ' ἐντεῦθεν ἤ. τὴν ὑδραγωγίαν παρεσκεύασαν. ab iisdem verbis orditur Polit. 270e: τὸ δ' ἐντεῦθεν ἤ. μαραινόμενα . . ἐξηφανίζετο. Anterst. 134e. Epist. 317e: οἶσθα γὰρ δὴ σὺ πάντα τἀντεῦθεν ἤ. γενόμενα. duobus locis imperativus extat. Theät. 198b. Legg. 682e: καὶ δὴ ταῦτά γε ἤ. πάνθ' ὑμεῖς τἀντεῦθεν μυθολογεῖτε [62])

(§ 42). 6 ἤ. locutioni μετὰ τοῦτο (ταῦτα) apponitur.

1. Jam supra dixi (§ 23) ἤ. cum μετὰ τοῦτο iunctum nonnullis locis transitum orationis facere. Exempla, quae huc spectant, sunt haec: Timäus 19b: ἀκούοιτ' ἂν ἤ. τὰ μετὰ ταῦτα περὶ τῆς πολιτείας. Phileb. 34c: λέγωμεν τοίνυν ἤ. τὸ μετὰ ταῦτα. Soph. 218a. Theag. 127c.

2. Maxime propinqua est ea notio, ubi ἤ. orationem continuat ratione aliquo modo habita priorum sententiarum. Vertimus: darauf bereits, nunmehr: Apol. 21e: μετὰ ταῦτ' οὖν ἤ ἐφεξῆς ᾖα, ‚ἤ. ‚nunmehr' vergegenwärtigt den damaligen Moment', Cron in ed. Apol. Lps. 1878. Resp. 516b: καὶ μετὰ ταῦτ' ἂν ἤ. συλλογίζοιτο περὶ αὐτοῦ. Legg. 801e: μετά γε μὴν ταῦτ' ἤ νόμος . . γίγνοιτ' ἂν ὅδε.[63]) de Legg. 723e cf § 24a. Legg. 806d: οὐκοῦν τὰ μετὰ ταῦτα ἤ. σχεδὸν ἐμὸν πειρᾶσθαι φράζειν; Alcib. pr. 132c. Legg. 666a: μετὰ δὲ τοῦτο οἴνου μὲν ἤ γεύεσθαι τοῦ μετρίου. Si iure legitur ἤ, progressio quaedam ad altiora fit; sic enim sententiae cohaerent: pueri a vino prorsus abstineant, qui aetate paulo provectiores sunt, iam

---

[62]) ἤ. saepius ad ἐντεῦθεν ex arbitrio scriptoris aut addi aut non addi posse docent haud pauca exempla. Notavi Alcib. pr. 135e.

[63]) quam tenuata haec vis particulae ἤ. sit, intelligi potest ex verbis paulo ante scriptis, ubi eodem sententiarum nexu extante ἤ. omissum est (cf. μετά γε μὴν ταῦτα ὕμνοι θεῶν καὶ ἐγκώμια . . ᾄδοιτ' ἄν.

illud temperanter gustent. Quamquam sic omnia recte se habent, tamen ἤ. non satis codicibus firmatum est. Invenitur enim solum apud Stobaeum; in Platonis codice A δή legitur, quod Schanzius recepit cf. infra, quod de positione voculae ἤ. adnotabimus.

3. Bini loci *μετὰ ταῦτα ἤ.* in apodosi et post participium collocatum exhibent: Resp. 411 b: *ὅταν δ' ἐπέχων μὴ ἀνίῃ, ἀλλὰ κηλῇ, τὸ μετὰ τοῦτο ἤ. τήκει*, ubi *τὸ μετὰ τ. ἤ.* haud multum distat a *τότ' ἤ.* Similiter Timäus 79 b: *ἐπειδὴ κενὸν οὐδέν ἐστιν . . , τὸ μετὰ τοῦτο ἤ. παντὶ δῆλον.* — participium praemissum est: Resp. 560 e: *τούτων δέ γέ που κενώσαντες καὶ καθήραντες τὴν ψυχὴν . . . τὸ μετὰ τοῦτο ἤ.* (dann bereits) *ὕβριν. . κατάγουσιν.* Restat locus, ubi *μετὰ ταῦτα ἤ.* significat ‚dann erst': Legg. 887 a.

Ab his exemplis haud procul absunt Legg. 794 c: *μετὰ δὲ τὸν ἑξέτη καὶ τὴν ἑξέτιν διακρινέσθω μὲν ἤ. τὸ γένος* et Polit 298 e, ubi ἤ. ad *κατὰ ταῦτα* propius accedit.

Locos, qui formulam *μετὰ τοῦτο* statim ante ἤ. scriptam exhibent, iam supra (§ 9) sub uno conspectu attuli. ter extat *ἤ. τὸ (τὰ) μετὰ τοῦτο (ταῦτα)*: Timäus 19 b. Phileb. 34 c. Sophist. 218 a. bis ἤ. a *μετὰ τ.* separatum est: Theag. 127 c. Legg. 666 a (?).

Apte hic, quum notio cognata sit locutioni *μετὰ τοῦτο ἤ.*, ea exempla afferri posse puto, ubi

(§ 43). 7. *ἤ.* ad vocem *λοιπός* accedit.

Loci, qui huc pertinent, partim iam supra enarrati sunt; hos omnes si quis sub uno conspectu videre vult, conferat § 5. hic solum eos, quos adhuc nondum attuli, in medium proferam: Apol. 41 c: *τά τε γὰρ ἄλλα εὐδαιμονέστεροί εἰσιν οἱ ἐκεῖ τῶν ἐνθάδε, καὶ ἤ. τὸν λοιπὸν χρόνον ἀθάνατοί εἰσιν.* etiam hic opinor progressionem quandam vel gradationem per ἤ. indicari. qui mortui sunt quum in aliis rebus beatiores sunt tum in eo, quod iam eo venerunt, ut reliquum tempus immortales sint. quocum conferas Phädon 90 d: (*οὐκοῦν οἰκτρὸν ἂν εἴη τὸ πάθος, εἴ τις*) *τελευτῶν διὰ τὸ ἀλγεῖν ἄσμενος ἐπὶ τοὺς λόγους ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν αἰτίαν ἀπώσαιτο καὶ ἤ. τὸν λοιπὸν βίον μισῶν τε καὶ λοιδορῶν διατελοῖ.* Est hic locus inter eos, ubi Hartung, Kühner alii ἤ. notionem ‚von nun an, posthac' exhibere putant.

hanc significationem, quam iam supra (§ 21) tetigi, agnoscere nequeo arbitrorque hic quoque hanc particulam vulgari modo explanari posse; sic autem oratio procedit: nonne miserandum est, si quis ‚culpam a se in rationes studiose amoliatur ac transferat' et iam eo procedat, ut in reliqua vita etc. Eodem modo iudicandum est de Parm 149 b.

Semel ἤ. τὸ λ. in apodosi occurrit: Theät. 154 d: *οὐκοῦν εἰ μὲν δεινοὶ καὶ σοφοὶ . . ἦμεν . . , ἤ. ἂν τὸ λοιπὸν . . τοὺς λόγους τοῖς λόγοις ἐκρούομεν.* hic notio vocabuli ἤ. non recedit ab ea, quam id in apodosi collocatum vulgo exhibet.

Restant tria exempla, ubi *λοιπόν ἤ.* participio postpositum est. de notione cf. § 36. Phädrus 256 c: *καὶ διαπραξαμένω τὸ λοιπὸν ἤ.* (‚dann in der Folge') *χρῶνται μὲν αὐτῇ.* Resp. 458 a: *θέντες ὡς ὑπάρχον εἶναι ὃ βούλονται ἤ. τὰ λοιπὰ διατάττουσι.* ibidem 510 d.

(§ 44). 8. *ἤ. ποτέ.*

Haec iunctura primum ‚schon einmal' indicat in his exemplis: Cratyl. 386 a. Lysis 215 c: *ἤ. ποτέ του ἤκουσα.* Symp. 216 e: *ἀλλ' ἐγὼ ἤ. ποτ' εἶδον.* Minos 316 c: *ἤ. ποτὲ ἐνέτυχες ξυγγράμματι.* Epist. 329 e. — Deinde *ἤ. ποτέ* exprimit ‚schon manchmal, bisweilen': Legg. 708 b: *ἤ. δέ ποτε καὶ ξυνάπασα πόλις τινῶν ἔφυγεν.* hic non de certa actione praeterito tempore facta sermonem fieri, sed generaliter rem saepius iam accidisse notari in aperto est. cf. quod statim antecedit *ἔστι δ' ὅτε κ. τ. λ.* cf. adn. 38. — Parm. 130 d: *ἤ. μέντοι ποτέ με καὶ ἔθραξε.* ‚Freilich hat mich hin und wieder schon der Gedanke beunruhigt' (Susemihl). —

Et aliud verbi tempus usurpatum est et diversa verborum collocatio extat Resp. 531 e: *ἀλλ' ἤ. μὴ δυνατοί τινες ὄντες εἴσεσθαι ποτέ τι ὧν φαμὲν δεῖν εἰδέναι* sc. *δοκοῦσι* *)

Postremo loco exempla suppedito. ubi

(§ 45). 9. *ἤ. πώποτε*

invenitur. Hanc locutionem nos exprimimus voculis ‚schon jemals, sch. je einmal'. cf. Resp. 493 d: *ἤ. πώποτέ του ἤκουσας.*

---

*) de alia significatione locutionis *ποτ' ἤ.* cf. Meineke ad Theocrit. V., v. 143.

Theät. 196a: *εἴ τις ἀνθρώπων ἤ. πώποτε ἐσκέψατο.* — *τις* (*τι*) intercedit: Euthyd. 300e. Legg. 639d. — Restat Phädon 65d: (cf. § 19 in.) *ἤ. οὖν πώποτέ τι τῶν . . εἶδες;*[64])

Jam restat, ut, quid singulare et rarum in unoquoque dialogo vocula *ἤ.* praebeat, paucis exponam. Plerumque satis erit locos notare et memoriam observationum et disquisitionum, quas supra institui, revocare. Quos dialogos omisi, in iis nihil digni, quod commemoraretur, repperi.

Protag.[65]) 317c: *πολλά γε ἔτη ἤ.* cf. p. 6. 351e: *τότ' ἤ.* in apodosi p. 46.

Laches 181d: *τότ' ἤ.* in apodosi = dann erst p. 47. idem = dann 184a p. 46.

Hippias min. 376c: *τοῦτο ἤ.* in apodosi p. 42.

Apolog. 18c: *πολὺν χρόνον ἤ.* p. 7. 29c: *ἤ.* in apodosi cum futur. p. 42.

Criton 48e: *ἤ.* cum imperat. in apod. = endlich einmal p. 30. 51e: *ἤ.* in apodosi p. 42.

Euthyphr. 3e: *ἤ.* in apodosi p. 42. idem 14 c p. 22.

Gorgias 484c: *ἤ.* = endlich einmal p 34. 458b. 485d. 486e. 487e. 489a *ἤ.* in apodosi. 527d: *τότ' ἤ.* post partic. = dann erst p. 47.

Menon 85e: *ἤ.* in apodosi p. 42.

Euthyd. 284c: *ἤ.* in conclusione p. 40. 294c. 305d: *ἤ.* in apod. 300e: *ἤ. πώποτε* p. 53

Cratyl. 386a: *ἤ. ποτέ.* 422b. 424a: *ἤ.* in apodosi. 424c: *οὕτως ἤ.* = dann erst p. 49. de extremis huius dialogi verbis cf. p. 30.

Phäd. 61d: *οὕτως ἤ. τὰ λοιπά* p. 48. squ. 65d: *ἤ. πώποτε* p. 53. 86e: *οὕτως ἤ.* in apod. = dann p. 49. 87e: *τότ' ἤ.* post particip. = dann erst p. 47.

---

[64]) cf. Menon 85e: *ἀλλ' οἶδα ἔγωγε ὅτι οὐδεὶς πώποτε ἐδίδαξεν.* v. p. 12.

[65]) In enarrandis dialogis ordinem secutus sum, qualem Dittenberger, vir sermonis Platonici peritissimus, in scholis nuper habitis proposuit.

Phädr. 254e p. 43. 255c: *τότ᾿ ἤ.* in apodosi. 258d. 260c: prope adject. gradationem efficiens p. 38. 264a: *ἤ.* post partic. = dann erst p. 34. 256c: *τὸ λοιπὸν ἤ.* post partic. p. 52.

Lysis 215c: *ἤ. ποτέ.*

Symp. 194d. 199c: *οὕτως ἤ.* post partic. = dann erst p. 49. 216e: *ἤ. ποτέ.* 217c: *ἤ.* = endlich einmal p. 24.

Resp. 348e: *ἤ.* cum comparat. = noch p. 39. 436a: prope adject. gradationem efficiens p. 39. *ἤ.* in apodosi: 434d. 524e. 609b. *τότ᾿ ἤ.* eodem loco: 498c. 565c. ibidem *τὸ μετὰ τοῦτο ἤ.*: 411b. p. 51. — *οὕτως ἤ.*: 605b. idem post partic. = dann erst (*οὕτως* ab *ἤ.* separatum): 443e p. 49. 458a. 510d: *ἤ. τὸ λοιπόν* post partic. p. 52. 417b: *ἤ. τότε* p. 48. 493d: *ἤ. πώποτε.* 516b: *μετὰ ταῦτ᾿ ἂν ἤ.* p. 11. 560e: *μετὰ τοῦτο ἤ.* post partic. p. 51. 531e: *ἤ.* a *ποτέ* disiunctum p. 52.

Timäus 36b: *οὕτως ἤ.* 44b: *τότ᾿ ἤ.* in apodosi. 77e: *τό δ᾿ ἐντεῦθεν ἤ.* 79b: *τὸ μετὰ τοῦτο ἤ.* in apodosi p. 51.

Critias 112d: *ἤ. καὶ τότε* p. 48. 121b: *τότε ἤ.* in apodosi.

Phil. 16e: *τότε ἤ.* = dann erst p. 47.

Theät. 153e. 202a: *ἤ.* in conclusione p. 40. 154d: *ἤ. ἂν τὸ λοιπόν* in apodosi adn. 18. p. 52. 157d: *τότ᾿ ἤ.* post partic. = dann erst. 191a: *τότ᾿ ἤ.* in apodosi. 196a: *ἤ. πώποτε.* 198b: *ἐντεῦθεν ἤ.*

Sophist. 239a: *ἤ.* in conclusione (?) p. 40. 250e: *νῦν ἤ.* in apodosi p. 45. 259c: *ἤ* prope adject. vim augendi habet; item prope comparat.: 261c. p. 39. 262d: *ἤ. που τότε* p. 48.

Politic. 261c: *οὕτως ἤ.* 263e: *ἤ. καὶ τότε.* 270e: *ἐντεῦθεν ἤ.*

Parmen. omnium dialogorum hic plurimi (7) loci occurrunt, qui *ἤ.* in apodosi collocatum praebent. Inter hos locos tres apodosin sic ordiuntur: *οὐκ ἀνάγκη ἤ*, (146c. 151a. 158b) quae formula in ceteris dialogis nusquam in apodosi extat. cf. Legg. 669a. Theät. 188a. Menon 89c. — deinde memorabile est, quod sexies *ἤ.* in forma concludendi, de qua v. p. 40 squ., extat. praeterea noto: 130d: *ἤ. μέντοι* p. 5. 145c: *οὕτως ἂν ἤ.* p. 11. quater *ἤ.* cum *οὐ* iuntum extat p. 12.

Legg. ἤ. in apodosi: 669 a. 693 a. ibidem τότ' ἤ.: 850 a. (de collocatione v. p. 43). τότ' ἤ. post participium: 746 c (dann bereits), 960 b (dann erst). τότε ab ἤ. separatum est: 682 c. 772 c 846 c. p. 48. 778 c: ἤ. τότε (p. 48) dann erst. 639 d: ἤ. τις πώποτε. 682 e: ἤ ab ἐντεῦθεν separatum est p. 50. 708 b: ἤ. δέ ποτε. 834 e: ἤ. repetitum est p. 44. 887 a: μετὰ ταῦτα ἤ. post partic. p. 51. 897 d: ἤ. adjectivo adiunctum gradationem exprimit. 666 a: ἤ. disiunctum est a μετὰ τοῦτο(?) p. 51.

Anterast. 134 e: τοὐντεῦθεν ἤ.

Theag. 127 c: ἂν ἤ. εἴη ὁ μετὰ τοῦτο λόγος p. 51. 131 a: τότ' ἤ. παραχρῆμα in apod. p. 46.

Cleitoph. 410 c: ἤ. = endlich einmal p. 34.

Minos. 314 e: ἤ. in apodosi. 316 c: ἤ. ποτέ.

Alcib. sec. inusitata positio voculae ἤ: 141 d. 142 a. p. 24. 150 e: τὸ τηνικαῦτ' ἤ. in apodosi = dann erst p. 48.

Epist. 317 e: τἀντεῦθεν ἤ. 329 e: ἤ. ποτέ. 330 d: ἤ. post particip. = dann erst p. 44. 345 d: ἤ. τότε. p. 48.

Sisyph. 387 a: ἤ. in apodosi cf. 390 e.

VITA.

Natus sum Ricardus Jecht die IV mensis Septembris a. h. s. LVIII Neuglückiae, quae est aluminis officina haud procul ab Islebia sita, patre Guielmo, qui est huius officinae praefectus, matre Minna e gente Abesser oriunda, quos adhuc superstites summa pietate colo. Fidei addictus sum evangelicae. Primis literarum elementis imbutus gymnasium Islebiense adii directoribus usus primum Schwalbio, tum Gerhardtio, quibus aeque ac ceteris praeceptoribus semper gratias habebo magnas. Autumno anni LXXVII testimonium maturitatis adeptus Halas Saxonum me contuli, ut studiis philologicis operam darem. scholas audivi quas habuerunt vv. ill: Dittenberger, Droysen, Dümmler, Erdmann, Gering, Haym, Heydemann, Hiller, Keil, Kramer, Krohn, Schlottmann, Schum, Tschackert, J. Zacher. Seminarii philologici per quinque semestria fui sodalis ordinarius et per duo quidem senior. praeterea Hiller, Keil, Zacher, Gering, Heydemann, Krohn benigne permiserunt, ut societati philologicae, theodiscae, archäologicae, philosophicae interessem. Quibus viris cum omnibus tum Dittenbergero, Hillero, Keilio, qui studia mea summa cum cura et benevolentia foverunt, gratias et nunc ago et semper habebo quam maximas.